This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/


1837
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

878
Q.L
S7:

LEXICON

QUINTILIANEUM

EDIDIT

EDUARDUS BONNELLUS

GYMNASII BEROLINENSIS PROFESSOR.

LIPSIAE 1834

SUMPTIBUS FRID. CHRIST. GUIL. VOGELII.

M. FABII QUINTILIANI

DE

INSTITUTIONE ORATORIA

LIBRI DUODECIM.

EDITIONIS SPALDINGIANAE

VOLUMEN VI.

LEXICON ET INDICES CONTINENS

CURAVIT

EDUARDUS BONNELLUS

GYMN. BEROLINENSIS PROF.

LIPSIAE, 1834.

SUMPTIBUS FRID. CHRIST. GUIL. VOGELII.

CAROLO TIMOTHEO ZUMPTIO

S. P. D.

EDUARDUS BONNELLUS.

Quod dudum ardentissime cupiveram, doctissime vir et amice carissime, nunc tandem exsequi mihi contigit, ut tibi hos studiorum meorum velut fructus quosdam offerrem et dicarem. Tibi vero praecipue hos dicandos semper existimabam, quod Tua olim institutione adolescens ad studia mea quum toti antiquitati tum Latinis literis accommodanda excitabar, quod Tuo semper exemplo ad quamlibet operam in literarum cultu fortiter subeundam admonebar, quod

Tuo denique jam ultra decennium consilio et fami liaritate non in literis tantum sed in omnibus vitae partibus confirmabar. Accipe igitur, dilectissime amice, hoc et pietatis et caritatis meae documentum qua soles humanitate, et sicut Tu ad hoc opus suscipiendum mihi auctor fuisti, maximamque ejus partem erudito tuo consilio continenter prosecutus es, ita, si qua minora ceciderint exspectatione et tua et ea, quam fortasse doctorum hominum in Prooemio, Supplementis Tuis Quintiliani Spaldingii praemisso, de opere meo excitasti: his Tu, aeque errorum censor, indulge. Erroribus autem ut unumquemque hominem obnoxium puto, ita me in hoc componendo libro, qui quotquot particulis, discerptis prius, ut deinde in novum ordinem digererentur, quasi conglutinatus est, totidem lapsibus praebuit materiam; quum nativo et vero ordine verborum de industria disturbato, novus quidam construendus mihi esset laxior et artificiosior, externo tantum comprehensus vinculo, quod ipsum, etsi illud omnium rerum ligamen, ratio, deesse omnino non debebat, tamen interdum hac ipsa defici ne forte videatur, est quod verear. Etenim quum materiae et copia et inopia viam institutam in singulis articulis ita mutare me cogeret, ut fere in unoquoque verbo alia mihi

ingredienda videretur; tum singulorum vocabulorum et vis et usus suam quandam rationem desiderabat, ita ut te omnesque, quibus uti his meis placuerit, praemonitos velim, ne unam et eandem omnium partium faciem quandam expectent, sed saltem persuadeant sibi, me non temere declinasse.

At vero alia venia mihi expetenda videtur. Opus, quod jam ante hos quinque annos propemodum ad umbilicum adductum Tu dixisti, nunc demum in lucem prodit, quum, cui quidem rei Quintilianus ipse haud irasceretur, jam in nonum fere prematur annum, si inde ab eo primum inchoato duco rationem. Tu quidem satis nosti causas tam diu extracti mei laboris: quot fortunae vicibus jactatus intra hoc prope decennium a cursu instituto plus semel repellerer, quot curis et negotiis distraherer; sed quid haec ad literas? Tenui equidem propositum, quamvis sentirem, quantum onus subissem, quum Herculeum quendam, qualem aptissime Matthias Gesnerus Lexici condendi operam vocat, laborem suscepissem, quumque irritum atque inutilem prope eum fore censerem, si passim tantum, quae mihi liberent, quaeque ad indolem auctoris proprie pertinere mihi soli viderentur, excerperem, neque vero quam plenissimam copiam orationis ejus diligentissima cura expromerem

et explicarem. Itaque studui, nihil omnino praetermittere, quod aliquid ad explanandam vim et usum cujusvis vocabuli conferre posset; et quamvis hac cura ad ingentem molem creverit liber, tamen ab intelligentibus viris reprehensionem non metuo, qui probe scient, nihil esse in literis tam minutum, quod cognitione omnino sit indignum; quum praesertim ea sit Quintiliani Latinitas, quae secundum a Cicerone merito occupet locum, nisi quod in illo elegantiore et subtiliore particularum usu vitio aetatis suae et ipsa laborat. Alteram vero nec levem caussam retardandi aut certe in multum tempus proferendi operis Tu ipse, vir doctissime, attulisti: Supplementa enim Tua Spaldingiana atque magis etiam editio Tua Quintiliani me coëgerunt, non solum Lexicon meum non prius prelo subjicere, quam haec duo opera diligenter inspexissem; sed quum tam multis locis emendatus ac restitutus Tua opera evaderet Quintilianus, totus labor, qui jam confectus videbatur, de integro mihi erat retractandus, ut, qui fructus ex Tuis studiis ad Fabium conferretur, idem ad meum quoque Fabianum redundaret; et quia munus scholasticum mihi horas revera succisivas tantum permittit, plurimam enim optimamque otii mei partem discipulis meis me debere existimo,

in multum tempus denuo extractum est opus, quod nunc, Deo opitulante, Tibi signum mei amoris, eruditae civitati tanquam experimentum offerre audeo, studia literarum pro meis viribus augendi et locupletandi. Hoc si mihi contigerit, satis amplum praemium tulisse mihi videbor, neque enim sane lucri aut gloriolae cupido ad hoc opus suscipiendum me impulit; illud pro infinito prope labore perexiguum tantum esse potuisse, neminem fugiet, qui rationem mercatus literarii cognoverit; hanc vero ex hoc libro meo sperare, qui non sermonibus omnium gentium perlustratis flosculos undique decerptos collegit, sed modesto unius scriptoris spatio continetur, hominis esset imperiti morum et opinionum nostrorum hominum, qui splendida tantum et magnifica ingeniorum monumenta, aut quae certe speciem hujus indolis induant ac prae se ferant, magni faciunt, documenta autem constantiae et assiduitatis, procul ab omni ostentatione posita, parvi aestimant atque negligunt, ne dicam contemnunt. Satis vero firmatum est pectus meum adversus iniquam illam stupendae diligentiae et laboriosae industriae laudem, nec minus adversus supercilium eorum, qui ingeniosi magistri praecepta pro suis inventis venditantes omnia alia despiciunt, et vanitati suae magna nomina prae-

tendentes soli in literis regnare sibi videntur, subitaneisque suis operibus mereri immortalitatem.

Ita me semper sensisse, Tu, doctissime *vir*, optime scis, verum non frustra laborasse mihi videbor, si tibi ac tui similibus opus meum probabitur.

Berolini a. d. VIII. Kal. Januar. MDCCCXXXIV.

PRAEFATIO

AD LECTORES.

Quod promissa abhinc quinquennio sexta et ultima, quae Lexicon continet, pars Spaldingianae editionis Quintiliani, jam sub finem antecedentis seculi inchoatae, nunc demum emittitur, excusabunt certe, qui malunt cum cura et labore, quoad id humanae industriae contingere potest, perfectis, quam festinatis et velut praecocibus uti libris. Velim equidem, ut id, quod Philippus Buttmannus olim (Vol. IV. Praef. p. VII.) de quinto volumine nec frustra optaverat, idem de hoc sexto quodammodo possit praedicari, perfectum esse cura digna et Quintiliano et Spaldingio. Demandaverat enim mihi jamdudum C. Timoth. Zumptius, quo egregio viro, praeceptore antea meo, ab illo tempore familiarius uti mihi contigit, quum ipse relictam a Buttmanno operis partem suscepisset, meque in digerenda et componenda largissima Codicum manuscriptorum penu adjutorem adscivisset, negotium

Lexici Fabiani et verborum et elocutionum quai copiosissimi et accuratissimi componendi. Qui ipse de hoc Lexici condendi opere senserit, i: Praefatione sua Supplementorum p. XXV. pronun tiavit, ergo meum erat, nec spem nec judiciun tanti viri fallere. Atque laborem certe impend per longum annorum spatium quam maximum, et tametsi aequalis semper et par sibi operis perficiendi tenor satis me fatigaret, tamen nefas duxi committere, ut ab opere semel suscepto abducerer, quamvis gratiores arriderent mihi literarum loci et amoeniores regiones, per quas excurrere et jucundius et forsitan fructuosius mihi fuisset; verum magis etiam instandum rei videbatur, quum evenisset, ut ego ad idem munus scholasticum ineundum vocarer, quod olim cum tanta laude in Gymnasio Berolinensi Spaldingius administraverat, ut fato quodam eodem prope loco editio Quintiliani, quo inchoata esset, et perficeretur.

Quae tamen mihi erat via ingredienda, quae ratio instituenda in disponendo et ordinando hoc Lexico? Excusso toto Quintiliano, qualem Spaldingius recensuerat et composuerat, ac retractato eodem, qualis a Zumptio restitutus erat, omnes libros et scripta adii, ubicunque quidquam de Quintiliano disputatum erat, quod nondum in notitiam Zumptii, quum editionem suam emisit, pervenire potuerat; ne quid ullo loco repositum esset, quin conferret ad explanandum hunc scriptorem. Erant quidem Quintiliani libri, praeter decimum, prope derelicti a viris doctis post Spal-

dingii et Zumptii operam, quin etiam judicio palam pronuntiando de Supplementis Zumptianis viri docti abstinuerunt, neque editioni Zumptianae, Guil. Vogelii sumptibus Lipsiae a. 1831. emissae, praeter me ipsum censor, nisi unus T. Baden in novis Annalibus Philologicis et Paedagogicis VI, 4. obtigit. Omnium vero duodecim librorum recensionem suscepit Aug. Gotth. Gernhard, vir de grammatica Latina bene meritus, notasque maximam partem criticas, et paulo post libellum, Corrigenda et Addenda ex Zumptii Supplementis continentem, adjecit, Lipsiae 1830 sumptibus Teubneri. Commendandam hanc editionem nos praecipue adolescentibus censemus, tam propter elegantiam formae quam propter annotationes, ex quibus satis multa ad studia sua adjuvanda depromere possint, si modo Addendorum opem diligenter adhibeant. At vero diligentius elaboraverunt docti homines in decimo libro, quem jam ante Volumen V., commentario locupletissimo et quinque Excursibus aliisque Additamentis instructum, C. H. Frotscherus, in libris veterum edendis unus omnium maxime sedulo versatus, cum civitate literaria communicaverat. Recepit ille Spaldingii notas integras, aliasque utiles adjecit, lapsus tamen est judicio, quod Turicensis, ex optimorum numero sed mirifice depravati Codicis, auctoritatem nimis interdum religiose secutus est. Praeterea in Germanicam linguam transtulit, notis post versionem additis, decimum librum Chr. Gottl. Herzog, Lipsiae 1829, eoque libro tirones cum aliquo suo fructu utentur, judicio

tamen acriter adhibito, ne grato sermone et blan
argumentis editoris decepti falsa pro veris amp
ctantur. Edidit hic idem auctor Latine eund
librum, sed sibi et Latinis literis, quibus alioqui sa
laudabilem operam impendit, melius consuluisset,
versione sua fuisset contentus. Minores libell
foras dederunt Eichhoff, iterum Gissae 1830, te
tum decimi libri cum variis lectionibus editior
Coloniensis, antea nondum satis diligenter collata
et pseudonymus Fr. Guil. Augusti, Helmstac
1831., juvenis, ut videtur, a literis non alienu
certe ingentem librorum laudatorum copiam i
annotatiunculis suis coacervavit, ut totas biblic
thecas eum ad unum libellum explanandum excus
sisse crederes. Horum omnium librorum pos
Volumen V. editorum si quis uberiorem censuran
meam desiderarit, in Annalibus proximorum annorum literariis inveniet *), quidquid vero illi ipsi ac
Quintilianum accuratius cognoscendum aut restituendum contulisse mihi videbantur, suis locis in
Lexico ipso commemoravi.

Sed novum quoddam fundamentum, in quo super Spaldingii editionem ipse meum opus extruerem, facta mihi est editio Zumptiana, quae ad fidem Codicum manuscriptorum optimi generis,

---

*) Jahrbücher für wissenschaftliche Kritik Juli 1830 No. 5—7. u. Juni 1833 No. 118—120. Allgemeine Schulzeitung Abth. II. No. 23. Neue Jahrbücher für Philologie und Pädagogik 1832. VI, 1.

praecipue Ambrosiani I., de cujus praestantia in praefatione ad Supplementa Zumptius accurate disseruit, sexcentis amplius locis verba scriptoris restituit; aut ubi editor Codicibus destituebatur, conjectura scripturam corruptam feliciter haud raro emendavit. In hoc igitur fundamento Lexicon Quintilianeum condendum esse censui, si, quantum fieri potest, Quintiliani verba et locutiones integras deberet continere; attamen, quum singuli loci totiens mihi inspiciendi et subtiliter examinandi essent, quumque ipse exemplorum Fabiani sermonis copiam, quantam nemo ante me, congessissem, fieri non potuit, uti me prorsus obstrictum teneret Zumptii auctoritas, et in verba, ut ajunt, magistri jurarem; partim enim ad Codices optimos recedendum judicavi, ubi acutus ille Romani sermonis judex ab iis discesserat, partim conjiciendo verum indagare studui, ubi intactum idem reliquerat locum corruptum. Hi quidem etiam nunc non pauci sunt, qui aut sagacitatem virorum doctorum, aut nova subsidia manuscriptorum desiderant, qualia Bambergensis Codex promittit, modo ne justo majorem spem de eo, quantam Sarpius Rostochiensis olim excitaverat, literarum studiosi capiant. Contigit enim mihi decimum librum cum vulgari textu accurate conferre, nam plura brevitas temporis mihi ad hunc finem concessi non permisit; verum confirmatum mihi est Zumptii de eo judicium ultimae plagulae editionis ejus adjectum, minime eum jacturam Ambrosiani I. in ultimis libris explere, quanquam non erit irritus

labor totum diligenter introspicientibus *). Qu
partem Codicis nos quidem legimus, admodum c
rupta apparebat et plane imperitis ac rudibus n
nibus ex vetustis et melioribus fortasse libris tra
scripta, plerumque cum Turicensi et Florentir
partim tamen cum Codicibus secundi ordinis, in
primis cum Guelferbytano congruens. Interlinea
scriptura crebras quum emendationes tum corr
ptiones alterius sed haud magis eruditi librarii co
tinet, translatas plerumque ex Codice aliquo secun
ordinis, tamen ejusmodi, ut viam Quintiliani a
inveteratis quibusdam vitiis expurgandi interdu
indicent. Qui Codex cui usui mihi fuerit suis loc
apparebit, at velim, ut doctus aliquis et diligen
homo, cui facilior ad eum aditus pateat, parten
otii sui impendat, ad illum totum in lucem protra
hendum. In parte operis me adjuverunt *Animad-
versiones ad locos quosdam Quintiliani difficiliore*
a Doctore Heinisch Programmati Gymnasii Glaciensis praemissae, a G. Pinzgero in Annalibus Phil. et Paed. XII, 2. recensitae et examinatae. Nec praetermittendum arbitror fragmentum Codicis

---

*) Sic 10, 1, 35 dat Bamb. a. pr. m. *vitio factam est oram* (lege *eorum*), a. sec. m. *v. f. e. alia oratorum*; 10, 1, 44 a pr. m. *plena spiritus*, a. sec. m. *al spiritus plena*, quibus locis veram lectionem sola prima manus hujus Codicis continet, at quae irrepsit in nostras editiones, solum ex prave intellecta ab librariis nota alius manus, *alia* s. *al*, orta est; quae res mihi viam monstravit ad detegenda alia vitia ejusdem originis 6, 1, 38. 6, 2, 14. 8, 6, 57 *N. cr.*

Quintiliani in tegumento vetusti libri apud librarium Heidelbergensem ab Hermanno Reinganum repertum, atque in Seebodii Archivo philologico et paedagogico a. 1825. p. 701—4. editum, VIII, 3. §. 7—33. Videtur ille Codex secundi ordinis fuisse, et tametsi mirifice corrupta est ejus scriptura, tamen futuro editori non plane erit negligendus. Toto denique opere jam prope ad finem perducto dudum expectatum primum volumen Quintiliani ab H. Meyero Turicensi hoc tandem anno editum, quattuor primos libros continens, nactus sum; cui viro, Latinarum literarum studiosis jam satis noto, praeter spectatam doctrinam nova adjumenta critica praesto fuerunt: nova et accuratissima Turicensis Codicis collatio et Codex quidam Lassbergensis, quem maxima laude dignum atque in optimis lectionibus fere cum Ambrosiano I. consentire ipse dixit; speramus igitur hunc librum maximo usui futurum in iis, quibus ab Ambrosiano ipso destituimur, partibus.

Congesta igitur undique materia meum opus mihi erat construendum: discerpta et divulsa membra scriptoris in novum regerenda ordinem, qui ipse et ratione esset compositus, et quam facillimum utentibus praeberet adspectum, usumque quam maxime expediret. Sed quum mihi ad Lexicon condendum non universae linguae Latinae paratae essent opes, sed unius tantum scriptoris, non potui intimum significationum connexum vocabulorum persequi, sed indicare tantum, quam vim, quem usum singula verba et locutiones suis locis haberent,

ac saepe ne indicare quidem haec, sed legentib permittere, ne moles libri in immensum crescer satis igitur plerumque habui, breviter significas quae legentes sponte intellecturos credebam, doc enim scribebam, non discentibus. Maxime ve studui, ut planus et facilis per singula esset curs Lexicon perlustrantibus: itaque varias significa tiones, ubi licebat, comprehendens et flexiones con structionesque vocabulorum potissimum secutu Nominum Casus et Verborum Genera discrevi, quibuscum illa jungerentur Appositis, quos hae regerent Casus, ostendi. In qua tamen re lectorum animos hoc loco monitos velim, me, quum Nominativum et Accusativum scripserim, vim Casuum horum non formas spectasse, quum saepe, mutata constructione, alter in alterum transeat, tamen in complexu sententiae vim priorem retineat, ut ex. c. p. 147. sub Compositio. α) *Nominat.* invenias „*magis non* ἄῤῥυθμον—*quam* ἔνρυθμον *esse compositionem;*“ ac paulo post δ) *Accus.* „*rebus accommodanda compositio.*“ Atque similia ubi invenerint, similem rationem subesse censeant. Ceterum ut succurrerem labori singula quaerentium, ordinem, quem alphabeticum vocant, etiam in plurimis particulis ipsorum vocabulorum adhibui, ut, si cui via ingredienda esset in hunc vocabulorum velut Labyrinthum, quodam Ariadnes filo facilius et tutius per omnes errores et anfractus duceretur. Denique operam dedi per totum opus, ut Latinarum literarum studiosos sublevarem meo labore quam maxime; quam molestam quidem sed literarum cultui utilem

PROLEGOMENA
DE GRAMMATICA QUINTILIANEA.

CAP. I.
PARS ETYMOLOGICA.

I. *DE DECLINATIONE.*

1. PRIMA DECLINATIO.

Graeca hujus Declinationis nomina pleraque omnia Graeca utuntur flexione, quorum plurima, sicut in ceteris quoque Declinationibus, exempla Zumptiana demum editione, accuratiore optimorum Codicum collatione facta, Quintiliano restituta sunt; quibus in recensendis singulis exemplis, ut ubique, nisi justae causae me dissentire cogant, illius editionis auctoritatem sequar. Leguntur ergo: a) in Nominativo Casu ubique *dialectice*, *grammatice*, *musice*, *rhetorice*, quae singula demonstrabit Lexicon; nam unicus locus 2, 17, 10 *nec fabrica sit ars — nec musica* incertae est naturae, quum hic nihil nos impediat, quin *musica* adjective intelligatur. b) In Genitivo Casu: *Helenes* 3, 8, 9. *dia-*

lectices 2, 17, 14. 2, 21, 13. *grammatices* 1, 8, 12. 2, 1, *musices* 1, 10, 15. 33. *rhetorices* Pr. 23. 2, 1, 9. et al v. Lex. Contra Latinas formas habes: 3, 4, 10. *d lecticae.* 6, 2, 22. *Andromachae.* 8, 4, 21. *Helen* c) Accusativus a Nominativo *a* deflexus, a Zu ptio ex Ambrosiano I. receptus, raro aut poti nullo in prosa exemplo reperitur *allegorian* 5, 11, 2 nisi quod nuper Spengel (Praef. p. LXII) et Ott Müller (Praef. p. XXXIX), viri docti, in Varronis d lingua Latina libris ediderunt *analogian.* Contra i Masculinis in *as* frequentissimum est *an*, ut *Demea* 7, 9, 10. 8, 2, 16. *Gorgian* 2, 15, 27. *Hermagoran* 3, 1 18 (quo loco Z. in Suppl. de hac in Ambrosiano I. usi tata forma disputat). 3, 6, 61. 3, 11, 18. *Lysian* 9, 4 16. *Protagoran* 3, 4, 10. *Tisian* 2, 17, 7. *En* est usitata forma et in Femininis, ut *apostrophen* 4, 1, 69. *grammaticen* 2, 1, 6. *musicen* 1, 10, 9. 10. *rhetoricen* 2, 14, 1., cujus generis plura praebebit Lexicon; nam *musicam* 8, 3, 30. universae sententiae necessitas protulit: et in Masculinis: *Aeschinen* 2, 17, 12. 4, 1, 66. 5, 11, 27. *Alcibiaden* 8, 4, 23. *Aristophanen* 1, 1, 15. *Demosthenen* 5, 13, 42. 5, 14, 32. 6, 3, 21. *hypocriten* 11, 3, 7. *Palameden* 3, 1, 10. *Peliden* 8, 6, 30. *Plisthenen* (sic enim Amb. 1. Lassb.) 3, 7, 19. *Thucyditen* 9, 4, 16; adde: *Isocraten* 1, 4, 16 S. 3, 1, 14. 9, 4, 35., quibus locis haud scio an movearis, ut 12, 10, 49. quoque *Isocratem* corrigas. Porro *Polycraten* 2, 17, 4. *Socraten* (ex Amb. 1.) 2, 17, 4. 3, 1, 9., atque etiam Latinum *Ulixen* 1, 4, 16 S. 2, 13, 13. 4, 2, 13., quum tamen Genitivus efficiat *Ulixis* 11, 3, 158; itemque *Empedoclen* 1, 4, 4, quamvis prima

PROLEGOMENA
DE GRAMMATICA QUINTILIANEA.

CAP. I.
PARS ETYMOLOGICA.

I. *DE DECLINATIONE.*

1. PRIMA DECLINATIO.

Graeca hujus Declinationis nomina pleraque omnia Graeca utuntur flexione, quorum plurima, sicut in ceteris quoque Declinationibus, exempla Zumptiana demum editione, accuratiore optimorum Codicum collatione facta, Quintiliano restituta sunt; quibus in recensendis singulis exemplis, ut ubique, nisi justae causae me dissentire cogant, illius editionis auctoritatem sequar. Leguntur ergo: a) in Nominativo Casu ubique *dialectice*, *grammatice*, *musice*, *rhetorice*, quae singula demonstrabit Lexicon; nam unicus locus 2, 17, 10 *nec fabrica sit ars — nec musica* incertae est naturae, quum hic nihil nos impediat, quin *musica* adjective intelligatur. b) In Genitivo Casu: *Helenes* 3, 8, 9. *dia-*

temere respuerim, formam hujus nominis alioq non inusitatam, ad cujus exempla ex Zumptiai editione Curtii 3, 1, 19 *Coum* accessit. De Abl. *Ch* 3, 7, 8. jam Schneiderus Lat. Formenl. p. 273 sat disputavit.

3. TERTIA DECLINATIO.

A Graecis formis, ut has cunctas uni con spectui subjiciamus, quum hic quoque incipiendui videatur, arbitror, Nostrum Nominativum Masculinorum ubique *o* et *n* literis, non *o*, finiisse in qua opinione et ipsius verbis 1, 5, 60 *N. cr.*, et exemplorum copia confirmor, ut *Aglaophon* 12, 10, 3 *Agnon* 2, 17, 15. *Amphion* 3, 1, 10. *Ariston* 2, 15, 19 *Callon* 12, 10, 7. *Dion* 1, 10, 48. 3, 3, 8. *Euphorion* 11, 2, 14. *Myron* 12, 10, 7. *Palaemon* 1, 4, 20. *Philemon* 10, 1, 72. *Pyrrhon* 12, 2, 34. *Sophron* 1, 10, 17. *Theon* 3, 6, 48. Nec dubitarem *Zenon* ex plerisque Codicibus 2, 20, 7. 4, 2, 117. 12, 7, 9., assentiente Spaldingio, recipere, nisi duobus primis locis Amb. 1. *Zeno* exhiberet, atque omnino in notioribus Nominibus Quintilianus antiquitus usitatas formas, ut *Plato* ubique, atque *Milo* 1, 9, 5., praetulisse videretur. In Accusativo Sing. haec eadem Nomina partim in ona exeunt, ut *Ariona* ap. Coelium 6, 3, 4. *Aristogitona* 12, 10, 22., partim in *onem*, ut *Platonem* 11, 2, 9. et *Amphionem* 12, 10, 57., quam formam h. l. praeferendam esse Graecae Spaldingius recte admonet, quod res acta sit in foro Romano. Porro servata est Latina forma in *Chremetem* 8, 2, 10., et in iis, quae *Euphranorem* 12, 10, 12. et *Ari*-

stophontem 5, 12, 10. sequuntur; at Graeca in *Coraca* 2, 17, 7. *Cyclopa* 8, 3, 84. Masculinorum, quibus ultima est *eus* aut *cles*, fluctuat usus, quum et *Nirea* 3, 7, 19. *Phalerea* 2, 4, 41. 10, 1, 80. *Tydea* 3, 7, 12., et *Piraeeum* 8, 6, 64. dictum sit; pariterque *Periclea* 3, 1, 12. 12, 10, 24. *Stratoclea* 11, 3, 178., ac *Periclem* 12, 2, 22. 12, 10, 49; Accusativum *Empedoclen* v. supra 1. — Nomina in *is*, quorum Genitivo *os* purum est, Accusativum mutato *s* in *n* tam constanter secundum optimos testes nostros servant, ut etiam, ubi Zumptius intactum reliquerit *im*, recipiendum *in* videatur, ut 10, 5, 5. *paraphrasin*, consentientibus libris secundi ordinis, pro *paraphrasim*; permagnus enim est numerus alterius generis, ut *aposiopesin* 9, 3, 61. *metalepsin* 6, 3, 52. *thesin* 3, 5, 11. *Panyasin* 10, 1, 54. et similia permulta, quae facili negotio, cujus intererit, conquiret ex Lexico. Adde *tribrachyn*, atque e contrario *Busiridem* (Sp. *Busirim*) 2, 17, 4. — Pluraliter Nomina, quae in Accusativo Sing. in *a* exeunt, eundem Casum in *as* flectere solent, ut *Amphictyonas* 5, 10, 111. 118. *Callonas* 12, 10, 10. *Meropas* 8, 6, 71. *rhetoras* 11, 3, 58. *spadicas* 1, 10, 31., atque barbarum *Allobrogas* 11, 1, 89. *Thesis* bis apud Zumptium in Accusativo *thesis* facit 3, 5, 11 et 14; quid igitur dubitamus, idem 2, 1, 9. ex Turic. et Lassberg: cum Meyero reponere? Mirificus denique Ablativus quidam Graeci Nominis est *in metamorphosesi* 4, 1, 17., nisi forte verior scriptura fuit Singularis *metamorphosi*, quod ipsum Ambrosianum I. praebere, ex silentio Obrechti conjicitur. v. Suppl.

Latinorum Nominum formae brevius comprehendi possunt, quum vulgarem in his aureae aetatis rationem Quintilianus sequatur, quare illa tantum afferam, in quibus vel optimorum scriptorum usus fluctuat, ut in Ablativo Singulari et Genitivo Pluralis. Scripsit enim Qu., quo modo nunc ratio ejus scripturae constituta est, in Ablativis Participiorum Praesentis praeter Ablativos absolutos ubique *i*, cujus rei singula exempla affatim ex Lexico petere licet, quamobrem offendunt pauca illa in *e* desinentia: *jacente* 1, 3, 2. *praesente* 1, 5, 23. *sequente* 9, 4, 86., assentientibusque nonnullis Codicibus ad emendationem invitant; neque magis mihi probatur *simplice* 1, 9, 4., aut contra *pleniori* Pr. 3, quum alias apud Nostrum ubique Ablativi Comparativorum litera *e* finiantur. — Genitivum Pluralem *parentis* Zumptius bis *parentium* 2, 4, 16. 6, 1, 18. ex Amb. 1. scripsit, cui scripturae aegre assentior, quum multo frequentius apud Qu. sit *parentum*, quam formam Spaldingius etiam illis duobus locis servavit. At *sapientium* ubique apud Nostrum scribendum censeo, nec solum cum Zumptio 1, 10, 15. 2, 17, 28. 3, 8, 2. 9, 2, 46., sed etiam 5, 11, 39. *praecepta sapientium* ex Florentino, atque magis etiam 12, 10, 52. *judicum sapientium* ex Turic. Flor. Guelf. Camp. *Civitatium*, quod semel tantum Zumptius retinuit 2, 16, 4., hic quoque melius *i* abjiciet. Cf. Spald. Praef. I. p. LXXXIV. At *artificium manus* optimos Codices secutus Zumptius 7, Pr. 1. suo jure scripsit. Cf. Schneider Lat. Formenl. p. 269.

II. *DE CONJUGATIONE.*

1. In Perfecti Activi tertia persona plurali Quintilianus, ut fere elegantissimi scriptores, finem *erunt* breviori sed deterioris numeri *ere* praefert; reperitur hic enim prae innumeris alterius generis exemplis perraro, ut: *fuere* 1, 10, 15. 12, 10, 10. *incessere* 12, 10, 12. *proposuere* 1, 8, 12. *scripsere* 10, 1, 73. *successere* 3, 1, 13., quibus adjicias *speravere* 7, 2, 30., nisi forte Gesneri conjecturam *speraverint* mavis; *permisere* autem 10, 1, 66. ex optimis Codicibus in *permiserunt* mutandum est. Hanc in *re* mollitam formam etiam in secunda persona Passivi ut obsoletam Qu. respuit, nam unicum illud *utare* 2, 1, 12., etsi Ambrosiani I. sed solius auctoritate nisum, nihil valebit. Ipsum de hac forma disputantem vide 1, 5, 42. Ceterum ut evitat in Praeteritis hanc decurtatam formam, ita amat contractam, praecipue in prima Conjugatione ut *depravarunt* 9, 3, 100. *elaborarunt* 12, 11, 22. *negarunt* 7, 4, 17. *vindicarunt* 2, 7, 2., porro *fastidierunt* 5, 11, 39., quamvis in his frequentior etiam sit plenior forma: *vindicaverunt* 1, 5, 13. *putaverunt* Pr. 10. 9, 1, 15. 9, 2, 93. 11, 3, 71. 12, 5, 1. et alia permulta. At in Conjunctivo illam contractam formam maxime amplexus est, quum diceret *mutarit* 5, 4, 2. *salutarit* 1, 6, 21. *segregarit* 1, 2, 20. *temptarint* 2, 14, 1. *tractarit* 12, 2, 3. etc. v. Lex., cui numero ex optimis Codd. 5, 7, 11. *perseverarint* adjiciendum est; praeterea *scierim* 12, 11, 8. *scierit* 4, 5, 1. 5, 13, 52. 7, 10, 6. 8, 6, 16. 9, 2, 4. 10, 1, 2. *scierimus* 5, 10, 22. 10,

7, 5. Quid de formis cum *s* gemina senserit (
ipse pluribus locis docet, ait enim 9, 4, 59: *ubi a*
ratio aliud consuetudo poscet, utrum volet, su
compositio, Vitavisse vel vitasse; atque 1, 6
hominibus molestissima diligentiae perversitate
borantibus permittit *audivisse* et *scivisse*, paulo
inferius §. 21 *conservavisse* sua aetate minus usita
fuisse ostendit, quum ipse potius dixerit: *spe*
7, 2, 42. *quaesissimus* 1, 4, 9. *sepelisset* 8, 5, 16.
set 1, 10, 48. *scisse* 7, 4, 14. 12, 11, 24., quin et
cubasse 8, 2, 20., quam tamen vocem fortasse
de suo attulit.

2. In usu Futurorum Passivi, quae au
verbi *esse* formantur, fluctuat usus Quintili
qualia sunt: *composita erunt* 11, 2, 39. *erit consec*
10, 7, 1. *confessus erit* 5, 7, 17. *desideratum eri*
1, 5. *dicta erunt* 2, 13, 17. *gesta erunt* 3, 7, 15. *er*
multa mutata, plurima adjecta Pr. 8. *erunt*
sati 2, 7, 3; et *adjecti fuerint* 5, 12, 1. *fuero exec*
3, 6, 1. *destituti fuerimus* 4, 2, 56. *praeparata f*
8, Pr. 30. Ex Temporibus Conjugationis, c
vocatur periphrastica, haec afferenda mihi
empla visa sunt: a) ex Activo: *propositur*
dicturi) erimus 4, 3, 10 Z.; *accusaturus sit* 7,
sit acturus 11, 3, 150. *allaturus sit* 10, 1, 40. *qu*
futurus consummatus 1, 10, 5. *dicturi essemus* (
34. *quae facturus fuerit* 9, 2, 41. *ut non clarior*
tura fuerit 8, 3, 63.; *effecturos fuisse* 2, 16, 9. *f*
rum fuisse 2, 17, 13. b) Ex Passivo: *prop*
fuerint 12, 1, 11. *opinati fuerint* 12, 9, 16; de
9, 4, 11. *cum bellicum est canendum, et cum p*

genu supplicandum est 4, 2, 26. *quotiens non repellendum tantum erit crimen, sed etiam transferendum erit*, quos quidem Participii Futuri locos tantum propter repetitum Verbum substantivum commemoravimus.

Formas Participiorum pugnantes cum iis, quae vulgo traduntur, animadverte: *protenso* 11, 3, 119. et *in dolore ferundo* 7, 3, 34., inusitata haec apud Quintilianum itaque vel sine Codicibus, omnibus fortasse h. l. negligentius collatis, emendanda. Participia denique Deponentium Passivo sensu inveniuntur haec: *demensus* 5, 10, 124. *dimensus* 9, 4, 27. *imitatus* 11, 3, 61. *confessis verbis* 1, 5, 58.

III. *DE FORMIS ET USU QUARUNDAM ORATIONIS PARTIUM.*

1. DE ADJECTIVO.

a) De Positivo. Si ducuntur Adjectiva a Nominibus propriis ad opera publica ex auctoribus eorum significanda, usitatum non est, flectere Nomen illud in derivatam aliquam Adjectivi formam, sed ex Nomine ipso immutato efficere Adjectivum, sicut 12, 5, 6. *basilica Julia*, ac saepe *lex Julia, Claudia* etc. dici solet. Hac ratione Spaldingius recte analogiam ceterorum secutus 6, 3, 67. *fornicem Fabium* ex Codicibus pro scriptura editionum *Fabii* recepit (*cf.* N. cr.). Rarum in prosa Adjectivum habes 5, 10, 104. *in illo adultero sacerdote;* contra aliud Adjectivum connexu sententiae vim Substan-

tivi accipit ut: 5, 10, 49. *quorum contrari diversum valent;* cui adde Participia: 5, 10, 75. *consequens sapientiae bonitas* 12, 10, 1. *d runt — ut Asianus eloquens Attico;* atque et 6, 3, 105. in Domitii Marsi finitione rhetori *cujus multa bene dicta responsaque er* quo loco natura participialis adjecto Adve conspicua est. — Duo Adjectiva ad unum S stantivum relata evitare solent Latini script aut certe ea dirimere, et plerumque quidem quod satis constat, ipso Substantivo, rarius vocabulis, ut 10, 7, 2. *innumerabiles acci subitae necessitates* 1, 5, 58. *confessis qu Graecis utimur verbis.*

b) Comparativos plures jungit Quintili 3, 8, 60. *id quoque aequalius erit, non tumul sius atque turbidius,* eadem ratione, qua duo Comparativi interposito *quam* jungi sol cujus particulae locum obtinere hic negatio ex metur.

c) Superlativus Adjectivorum, quae natura sua illum non patiuntur, ut *insignis* 2, 4 *quorum insignis maxime fuit Plotius,* aut m stissimum sonum efficerent, ut in *alis* et *aris, il bilis, ulus* et *unus*, et qui praeterea vel pueris sunt fines, desinentia, circumitur frequenter verbiis *magis* aut *maxime*, quae vocabula ipsa spicias velim in Lexico, ubi allata exempla ea, c de eadem re in Rudimanni institutionibus Gram ticae Lat. Lib. I. Cap. IV. praeclare disputata s confirmabunt. Eandem Participia rationem

quuntur, quae ibidem quaeras praeter pauca illa: *agitatior* 11, 3, 184. *astrictior* 8, 6, 61. *attentior* 4, 5, 1 et 21. *cui — meritissimo* 9, 2, 35. *quam emendatissimi* Ep. ad Tryph. 3. Hoc solum subtilius quaerentes admonuerim, duobus junctis Adjectivis vel Participiis, suam utrumque in Comparativis sequi naturam, sed Comparativum antecedere, ut dicatur: *multo tersior ac purus magis* 10, 1, 94. *sanctiorem et magis admirabilem* 8, 3, 24. *planiora et communia magis* 8, 2, 24. *ut non dixerim utilior, magis par* 10, 1, 77. *apertiorem et magis affectatam* 9, 3, 54. *plenior et magis fusus* 10, 1, 77; at vero in Superlativis alterum alterius natura trahi, ut: *maxime facili ac favorabili* 12, 6, 6. *tersus atque elegans maxime* 10, 1, 93.

d) Adjicitur Comparativo etiam Neutrum Adverbii loco, ut 8, 3, 35. *paululum — superiores*, ac saepius in Paulus et Paululus. v. Lex.; idemque, quod propter similitudinem rei hoc loco admonuerim, apponitur Verbis comparativam vim habentibus, ut 1, 10, 14. *quorum concentus quanto est vehementior, tantum Romana in bellis gloria ceteris praestat.* 12, 10, 78. *quantum processeris, mollior clivus ac laetius solum.* Cf. Drakenb. ad Liv. 44, 7, 6. *quantum procederet longius a Thessalia, eo majorem rerum omnium inopiam sentiens.* Superlativus augetur apud Nostrum vulgaribus illis additamentis *Quam, quantum potest* etc. quae sub Quam et Possum singula inveniri poterunt, sed minus usitata haec sunt: Pr. 8. *compositiora et quam nos poterimus elaborata.* 12, 9, 16. *quam*

res patietur plurima. v. Patior; atque illa *quamlibet* quasi circuitio Superlativi apud Qu lianum frequens, ut *quamlibet pulchra lo* 2, 4, 32., et multa similia v. Quamlibet.

e) De Numeralium usu nihil aliud quar rorem Spaldingii refellerim, ne forte latius ille pter auctoritatem doctissimi viri serpat, cor dentis in Nota crit. ad 11, 2, 22. *quomodo Metroo in XII signis, per quae Sol meat, trecenos et s genos invenerit locos* „satis frequens, distribu ponere pro cardinalibus," conferrique jub Drakenborchium ad Livium 4, 16, 6., et manife imprimis Livii locum censentis 9, 30, 3. *ut tr militum seni deni in quatuor legiones a populo rentur.* Verum in nullo locorum a Drakenbor citatorum distributivum pro cardinali ponitur sua cuique loco ratio subest, pariter ac nostro quo, ut solet, distributiva dicuntur, quia de centis sexaginta paribus agitur locis, unde *trini ludi* et similia saepissime leguntur. (Cf. R horn. Lat. Gramm. §. 156. Not. 3, c.).

2. DE PRONOMINE.

Usum et rationem Pronominum satis co quum Lexicon docturum esse mihi videatur, pauca tantum commemorabo, quae vulgo aut tradita aut omissa sunt; nimirum *unumquodque* substantive adhiberi 5, 10, 123: *unumquo eorum, quod sit aptum atque conveniens.* Cf. Rosc. Am. 30. *leviter unumquodque tangam,* inde eodem sensu, quo *unusquisque*, dici *unu*

libet 1, 12, 7. *una res quaelibet*, atque flecti quoque ultimum hoc Verbum 1, 5, 10. *verbo cuilibebit;* porro Neutrum Adjectivorum semper apud Quintilianum *aliquid* non *aliquod* asciscere, ideoque 1, 15, 3. *aliquid proprium* etc., neque ex Ambrosiano I. *aliquod*, legendum esse (v. Aliquis); denique augeri numerum locorum, ubi *quisquis* in *Ablativo* adjectivam vim habet, non tamen, nisi in elocutione *quoquo modo*, apud ipsum Ciceronem satis frequenti. De singulis ad Lexicon rejicimus, at non alienum erit ab hoc loco, de conjectura Spaldingii a Zumptio recepta disserere, qua usus Pronominis *quisquis* plane pervertitur: 7, 2, 35. *accusatoris est efficere, ad quidquid faciendum causae valere videantur*, ubi viri illi docti, dum *ut* post *efficere* desiderant, Relativum *quidquid* faciunt Pronomen indefinitum, id quod, nisi ratione modo memorata, nullo pacto ferri potest, quum Latinae literae nusquam simile exemplum exhibeant, omnesque ejus generis a Forcellino allati loci aut mutati jam sint in editionibus (cf. Zumpt. ad Cic. Verr. IV, 13.), aut incertae sint auctoritatis; ceteri autem, qui de hac eadem re disputant, novos locos laudent nullos. Est igitur illa sententia relativa, per *ad quidquid* introducta, Objectum Verbi *efficere*, hic i. q. *dicendo expromere* significantis, de qua ejus vi cf. Lex. et Cic. Or. I, 26, 120.

3. DE ADVERBIO.

Quae huc pertinent ipsa melius docebit Lexicon, ut *tam* 1, 7, 29. et *tanto* 2, 4, 28. augere vim senten-

tiae, etiam non sequente *ut; valde* Comparativ
formare *validius* 10, 3, 12 *N.*, utique scribendum
proinde non *perinde*, et alia. Hujus vero loci
notare singularem Adverbii ad Substantivum ac
ctionem: 8, 6, 11. *audaci et proxime pericul translatione;* atque illum Adverbiorum cumulı
8, 6, 18. *Quod aliquanto paene etiam magis synecdoche dicam*, quo et ego cum Burmanno off
dor, tamen nihil mutandum esse Spaldingio ass
tior. Duo Adverbia eodem pertinentia optime
rimuntur Verbo, ut 11, 2, 50. *optime locutum Persice.*

4. DE PRAEPOSITIONIBUS.

Caveri solet ab elegantioribus scriptoribus qı
maxime, ne Nomina sola Praepositione copulen
nisi si pro Genitivo objectivo ponuntur, aut in
scriptionibus librorum disputationumve; itaque q
deprehenduntur pauca exempla illius brevioris
cendi generis, componenda mihi visa sunt. Ita
1, 11. *aliqua a vulgari et simplici specie cum tione mutatio*, secundum quem locum revoca
est vetus scriptura Codicum optimorum: 9, 1
figura est conformatio quaedam a commun primum se offerente ratione, ut supersedere p
mus, ex vulgari recensione *orationis remota*, v
incertae originis, post *quaedam* inserere. De si
ficatione *conformationis* cf. Cic. Or. I, 5. Adde
6 *translatio a communi ad proprium.* 10, 5, 4 *ill Latinis conversio.* 7, 2, 35 *ex causis probati*
12, 13 *illae firmiores ex sua cujusque persona pr*

tiones. 1, 10, 14 *Romana in bellis gloria.* 9, 4, 5 *transitum in aliud genus rhythmi.* 7, Pr. 4. *certa aliqua via in omnes materias.* His adjici poterit 3, 6, 53. *nomen ab Hermagora usitatum*, nisi tamen contendere malis, *usitatum* h. l. vim suam Verbi frequentativi resumpsisse.

Quando Praepositio ad plura verba pertinet, solet aut repeti, sive eadem, sive similis, ut 7, 10, 11. *ubi ab initiis incipiendum, ubi — e mediis vel ultimis;* aut semel poni, prout cuique expedit loco, de qua re legem proponere artis rhetoricae est, non grammaticae, erit vero illud infiniti operis, quum suam quisque locus legem postulet, si quis tamen hanc quaeret, certe exemplorum affatim reperiet in Lexico; praemittam igitur in hisce Prolegomenis tantum, quae omissae Praepositionis mihi maxime memorabilia videbantur exempla, ut 11, 1, 77. *neque emendari ab alio quam ipso fas esse.* ib. 45 *non idem apud graves viros, quod leviores; non idem apud eruditum, quod militarem ac rusticum* deceat. 5, 1, 3. *non modo in exequendo suas quisque vires debet adhibere, sed etiam inveniendo.* 10, 7, 26. *Rursus in alia plus prior confert, vocis firmitatem, oris facilitatem, motum corporis.* 10, 2, 16. *fiuntque pro grandibus tumidi, pressis exiles, fortibus temerarii, laetis corrupti, compositis exultantes, simplicibus negligentes.* 11, 3, 170. *epilogus — desiderat — si ad concitandos judices est accommodatus, aliquid ex iis, quae supra dixi; si placandos, inclinatam quandam lenitatem; si misericordia commovendos,*

flexum vocis etc. ib. 150. *Neque eadem in voce, stu, incessu, apud principem, senatum, popul magistratus, privato publico judicio, pos latione, actione similiter decent.* — In Gı cis verbis pro Ablativo poni solet Dativus] Praepositiones Latinas, ut 1, 4, 18. *ex συνδέςμι* 2, 55. *sine ἀποσιωπήσει*, cetera v. Lex. Denique guum numerum exemplorum, in quibus Praepo: a suo Casu alio quam Genitivo dirimitur, aug 11, 3, 133. *adversus hoc facientem.*

5. DE CONJUNCTIONIBUS.

Hic tantum quaedam in universum tracta erunt, quae de usu Conjunctionum copulativa observanda censui. Quando enim aut bina tal Conjunctionibus juncta vocabula et ipsa Con ctione ejusmodi jungenda sunt, aut verbis tal particulis conjunctis alia subjunguntur, variari lent illae particulae ita, ut, quae singulas v jungant, similes sint, quale: *Demosthenis at Aeschinis inter se contrarias (actiones): et Servii picii atque Messalae* 10, 1, 22. Praeterea, qı quam de his rebus certa et omnibus locis comm lex constitui nulla potest, vitari mihi visum e: ante literas dentales, propter asperiorem sine dı sonum, nisi forte *ac*, ejus loco positum, ip: antecedenti vocabulo in *a* desinente, offenderet 2, 2, 10. *indecora et theatralis vox* diceretur Pr. 16 *proprietas ac differentia.* Verum haec sı lia sunt ac minuta, volui tamen quasi praetereu attingere.

Tribus vel pluribus vocabulis junctis elegantissimorum scriptorum legem de Conjunctionibus apud Quintilianum quoque servari, cuique patebit, quumque abundet exemplis hoc affirmantibus Lexicon, adjiciam modo, quae ibi forte praetermissa sunt. Nimirum tertio loco *ac* positum: 12, 10, 12. *in compositione, fractum, exultantem ac paene viro molliorem*, (cf. 12, 2, 5.), sicut quarto loco apud Ciceronem in Verr. IV, 10 *vacui, expertes, soluti ac liberi fuerunt*, nisi tamen contendis, hic *soluti ac liberi* simul comprehensa ambo tertium quoddam efficere membrum. Deinde *et* bis tantum inter quattuor membra positum: 8, 3, 8. *lilia et violas et anemonas, fontes surgentes*, qua de causa prope moveor, ut cum Spaldingio in Florentini lectione marginali *anemonas fonte surgentes* acquiescere malim (v. Not. cr.). Hujus vero loci est commemorare, omitti quoque Conjunctiones et copulativas et adversativas; prioris generis exempla sub voce Et I, extr. quaere in Lexico, quibus adde 11, 3, 150. *privato, publico judicio*, et Climacem quandam in duobus vocabulis: 8, 4, 7. *et quod non est plus, maximum, sed quo nihil majus est;* posterioris generis sint ex. c. haec: 8, Pr. 13. *a se disertos visos esse multos, eloquentem* (Sp. inser. *autem*) *neminem* 6, 1, 53. *In aliis autem partibus tractandus affectus erit, ut quisque nascetur; — cum de qualitate alicujus rei quaestio est, probationibus uniuscujusque rei recte subjungitur* (v. Suppl.).

tantum, non etiam consilium et eventum, qua s
ptura Codicum a Zumptio restituta ex *tutelae*
debeat arcessendum erit *tutor*.

In conjungendo Subjecto cum Praedic
Quintiliano, sanctissimo alioqui castissimi serm
custodi, tamen exciderunt pauca, quae tollere ve
Neque enim solum Genus Participii ad Praedicat
non ad Subjectum refert, id quod elegantissimi s
ptores, praesertim verborum collocatione adst
lante, facere solent, ut 5, 9, 13 *popularitas*
gnum affectati regni est existimatum; sed, duc
Nominibus diversi Generis Subjecti loco po
etiam Praedicati Genus per hyperbaton ad p
accommodavit: 8, 3, 15 *quoniam orationis tam*
natus quam perspicuitas aut in singulis v
est aut in pluribus positus.

Deinde Graecismum quendam, quod vit
alioqui Quintilianus unus omnium suae aetatis
xime fugit, produnt loci, ubi Neutrum Singu
Adjectivi sive Participii ad alia Genera relatum
ut 7, 3, 3 *homo mortale est.* 11, 1, 76 *tutissim*
ergo poenitentiae confessio et satisfactio
pae. Non ita inusitatum est: 12, 11, 7 *q*
apud posteros futurus sit. Sed de hac re, a
genere Pronominis demonstrativi et relativi
Lex., imprimis Qui s. Quis a, e; neque tamen
loco possum non animadvertere, vi Praedicati
trahi etiam Genus Demonstrativi Relativum a
cedentis: 1, 5, 33 *remotis igitur omnibus — vitii*
erit illa, quae vocatur ὀρθοέπεια, id est, emen
cum suavitate vocum explanatio.

Neutrum Plurale ad plura diversi Generis Substantiva referre Latinae rationi grammaticae convenit, ut 3, 8, 38 *intuenda sexus, dignitas, aetas;* atque in Pronomine relat. 6, 2, 3 *concitare invidiam, odium, iram —: quorum invidiam gratia* etc. *judici facit;* minus convenit, si pluribus Nominibus idem Genus est, ut 6, 2, 11 *quidam commendationem atque excusationem propria hujus officii putaverunt.* 7, 4, 31 *ira et concitatio furori sunt similia.* v. Not.

Ad plura inanima Singularis Numeri refertur aut Singularis Verbi, ut 3, 4, 16 *et in laude, justitia utilitasque tractatur.* 3, 9, 67 *brevitas aut copia non materiae genere sed modo constat* (utrobique Spaldingii editio praebet Pluralem); aut Pluralis: 5, 11, 44 *testis et quaestio de ipsu re pronuntiant.* 10, 2, 23 *si tenuitas ac jucunditas — parum respondeant.* Mixtis Singularibus et Pluralibus Nominum Singularis Verbi ad universa illa Nomina, dummodo ipse proximus alicui Singulari, ponitur, qualia sunt: 8, 6, 71 *ut illa minora, hoc par esset,* 12, 11, 13 *ut aqua piscibus, sicca terrenis, circumfusus nobis spiritus volucribus convenit.* ib. 18 *trahat inde peregrinatio, rura, calculorum anxiae sollicitudines, multae causae libidinum, et vinum, et flagitiosus omni genere voluptatum animus.*

Quid? quod ad plures animantes quoque Singularis Verbi pertinet, neque solum 12, 10, 7 *duriora Callon atque Hegesias, jam minus rigida Calamis, molliora adhuc supra dictis Myron fecit;* sed etiam ubi unum Nominum Pluralis Numeri est, quale

8, 6, 27 *Nam et carminum auctores, Pallida mo* etc.; *et orator, praecipitem iram* etc. *dicet*, Turi censi quidem a sec. manu, cum Guelferbytano e Obrechto, ac fortasse Ambrosiano I, qui tacetur *dicunt* dantibus, quanquam secunda illa manus Turicensis nimis saepe nihil est nisi hominis pro arbitratu suo corrigentis manus.

II. *DE CASIBUS.*

1. DE NOMINATIVO.

Per Attractionem Nominativus ponitur ad *memini:* 8, 3, 31 *memini juvenis admodum inter Pomponium ac Secundum etiam praefationibus esse tractatum*, quem usum Spaldingius in Nota copiose explanat; ac rejicit sane Verbum recordandi mentem hominis ita in praeteritum tempus, ut hoc ipsum jam praesens adesse, et qualis olim fuerit homo, tunc esse ipse sibi videatur. Item in Attractionis numero posuerim illum Nominativum: 12, 10, 29 *quae (litera) etiam, cum vocalem proxima accipit, quassa quodammodo*, quum *proximam* dicere planius ac facilius fuisset.

Praeterea in praecipiendo solet Noster, quum enumerat, absolutis quibusdam Nominativis uti, id quod Spaldingius docet ad 2, 13, 1 *Nemo autem a me exigat id praeceptorum genus — ut quasi quasdam leges studiosis dicendi feram: utique prooemium —; proxima huic narratio; — propositio post hanc, vel excursio; tum certus ordo quaestionum ceteraque;* cum quo loco conferri idem

jubet 2, 2, 5 *Minime iracundus—: simplex in docendo; patiens laboris; assiduus potius quam immodicus.* His locis similis est 10, 1, 49. *Iam similitudines, amplificationes* etc. *ita multa', ut* etc., de quo loco mox in Genitivo uberius agendum erit.

2. DE GENITIVO.

Duos Genitivos alterum ex altero pendentes habes 6, 1, 9 *indignitate calumniae conspirationis;* duos ex eodem Nomine 6, 3, 108 *honorifici ponit exemplum Ciceronis pro Ligario;* deinde Genitivum apud Adjectivum quasi relativum: 8, 3, 51 *securus tam parvae observationis;* cum Praepositione: 12, 2, 17 *aurium* tenus (ad similitudinem illius: 2, 1, 6 *eousque scientiae progredi),* in quibus duobus ultimis exemplis morem argenteae aetatis et similitudinem poetici dicendi generis agnosces.

Genitivi partitivi insolentiora exempla sunt: 10, 1, 105 *cum praesertim non sit id propositi.* 8, 6, 39 *nihil enim usus admodum video.* 7, 1, 50 *jam multum acti est;* Genitivi qualitatis: 2, 1, 2 *declamare* etc. *officii sui ducunt.* 10, 6, 1 *cogitatio, quae est — usus frequentissimi;* ac paulo durius: 10, 1, 65 *antiqua comoedia cum sinceram illam sermonis Attici gratiam prope sola retinet, tum facundissimae libertatis, etsi est insectandis vitiis praecipua, plurimum tamen virium etiam in ceteris partibus habet.* Omnes quidem post Spaldingium

editores, auctore Wolffio, h. l. *libertatis est, et r*(e)ceperunt, cujus emendationis necessitatem non intelligo: etenim, quamvis asper sit cursus constructionis hujus: *antiqua comoedia cum — retine*(n)*tum, facundissimae libertatis — plurimum tamen virium etiam in ceteris partibus habet,* tamen Latinitati, praesertim argenteae, non adeo repugnat ut emendationem quamlibet facilem postulet; e(t) nescio quomodo illud *etsi* sequente *tamen* commendatur.

Majorem fortasse pugnam mihi concitabo, quum Genitivi qualitatis ratione defendere conabor vulgatam ante Zumptium scripturam: 10, 1, 49 *Iam similitudines — signa rerum et argumenta ceteraque, quae probandi ac refutandi sunt, ita multa,* quem locum Zumptius, reprehensa nimia in omnibus rebus Codicum reverentia et religione quadam, sic mutans: *ceteraque probandi ac refutandi sunt ita multa* adjicit „argumenta puta." At vero utrum minus ferri poterit, ex antecedentibus *argumenta* repetere, et discrimen statuere inter *argumenta illa per se* et *cetera argumenta probandi ac refutandi,* an Genitivum Gerundii ad tritissimum illum usum Genitivi Participii Futuri Passivi cum Substantivis conjuncti referres, cujus generis plurima exempla Ruddimanus (ed. Stallbaum.) II, p. 115 et 116 praebet? Sive enim *causa* sive *instrumenta* ad illum explanandum subaudies, effici mihi videtur talis Genitivus vi qualitatis significandae huic Casui insita, quae vis paulo audacius adhibita nostram quoque constructionem permittet, Herzogio recte

interpretante „*was sonst zur Beglaubigung und zum Widerlegen dient.*“ Locum plane comparem quidem afferre neque mihi neque cuiquam licuit eorum, qui permulti de hoc Genitivi genere disseruerunt, praeter unum certe consimilem, a Kiesslingio ad Tac. Ann. I, 4. laudatum, ex Terent. Ad. II, 4, 6. *Ne id assentandi magis, quam quo habeam gratum, facere existumes;* nam et hoc et nostro loco, sive amabis ellipses, *causa* intelliges, seu singulis locis Casus ex sua natura explicare, vim qualitatis significandae in Genitivo agnosces.

Aliud genus Genitivi, a cetero complexu verborum absoluti et ex intellecto quodam vocabulo, sive ἀπὸ κοινοῦ, pendentis invenitur 3, 10, 4. *Adjecerunt quidam numero mutuam accusationem —: aliis videlicet succedere hanc quoque comparativo generi existimantibus: cui similis erit petitionum invicem diversarum: quod accidit vel frequentissime.* „Genitivi ratio redditur, monet Spaldingius ad hunc locum, si intelligis *causa*, quod obversabatur animo, cum *mutuam accusationem* dixisset.“ — Eadem Genitivi ratio est in expositione statuum 3, 6, 88. *Sic nascuntur haec velut simulacra ex illis tribus — ut scripti et voluntatis —; et syllogismos* etc., quum ad Genitivum supplendum sit *status*. In altero, qui a Spaldingio ipso laudatur, loco ib. §. 46. totius periodi constructio Genitivos *legum contrariarum —; et scripti et sententiae vel voluntatis* ad antecedentia §. 45. *eosdem status* rejicit.

Hisce Genitivis adjiciam alios quosdam, quos Appositi vel Praedicati nominaverim, quum Appo-

sitio aut Praedicatum in Genitivo ponatur, ut 3 1 *quartam partem adjiciunt quidam imitationis.* 9, 1, 17 *duas partes esse ejus (orationis) ἐννοίας* et *λέξεως*. Priorem locum Cassiodorus, Compendium Rhetoricorum p. 332, id quod me Meyerus docuit, ita transtulit, ut *imitationem*, sub illa subtiliore constructione, scriberet. Similis Genitivus 7, 2, 40. *Nec tantum causae voluntatis quaerendae: sed interim et erroris, ut ebrietatis ignorantia*, ubi Turic. sec. m., Guelf., Goth. *errores* dant, siquidem hae scripturae sexcenties corrigentis manum manifesto prae se ferunt. Cf. Cic. Div. Caec. 18. *ridiculum est putare, causam necessitudinis ad inferendum periculum justam videri oportere.* Phil I, 11. II, 31. Cf. Zumpt. Lat. Gramm. §.

Agmen cogat Genitivus indeclinabilis voca 1, 4, 17. *non E quoque I loco* fuit?

3. DE DATIVO.

In hoc Casu jam plus valet Graecae linguae usus, nec solum in Attractione illa 11, 1, 50. *esse diserto vacet*, aut in aliis, quae Latinis in esse solent, nec in multo insolentiore Dativi cum Substantivo conjunctione: *sibi ipsi responsio* 90; sed in frequenti ac proprie sic appellato Dativo Graeco, tam apud Participium Perfecti Passivi quaeque ejus opera formantur tempora, ut 8, 6, *ὀνοματοποιΐα Graecis inter maximas habita virtutes.* 1, 6, 22 *ita dicta ac scripta summis auctoribus.* 7, 2, 53 *cui id factum* dicitur. 10, 1, *iambus quibusdam interpositus.* 9, 4, 1 *cui*

Tullio) nescio an ulla pars operis hujus sit magis elaborata: quam apud alias Passivi formas, ut 1, 7, 12 *judici* (Sp. *a judice*) *aliam probationem desiderari* Z. 12, 1, 4 *neminem malum esse nisi stultum eundem non modo sapientibus dicitur, sed vulgo quoque semper est creditum.*

Graecarum vocum ipsarum Dativum Ablativi Latini vice fungi jam in Praepositionibus dictum quum sit, hic tantum memorabimus 4, 2, 128 *uti ἐπιδιηγήσει.* — Sed poeticas quoque Verborum breviores constructiones apud Nostrum nonnihil valere, videre licet ex 5, 10, 7 *enthymema syllogismo distare*, solo Guelferbytano *a syllogismo* dante, quanquam aliis omnibus locis Quintilianus *distare* cum *ab* jungit. Differo et Diversus v. in Lex.

4. DE ACCUSATIVO.

Laxiorem argenteae aetatis usum hujus Casus, etsi raro, tamen aliquo vestigio deprehendes 12, 10, 79 *si haec quoque jam lenius supina perseverantibus studiis evaseris.* Alter deinde fluctuans Accusativus, qui nihil habet, quo nitatur, forsitan Gernhardio duce sisti possit, si locus sic constituatur: 9, 3, 76. 77. *Cleosteleus πάρισον existimat, quod sit e membris non dissimilibus; secundum, ut clausula similiter cadat, — ὁμοιοτέλευτον, similem duarum sententiarum vel plurium finem,* ut *similem — finem* pendeat et ipsum ab *existimat.* — Attractio haec Accusativi 10, 1, 62 *Stesichorum, quam sit ingenio validus, materiae quoque ostendunt*, laudata et defensa a Frotschero,

quamvis soli Regio deberi videatur, Codicibus *Stesichorus* dantibus, tamen propter sequentes Accusativos *canentem* et *sustinentem* tolli non potest.

5. DE ABLATIVO.

Inter Ablativos loci enotandos existimavi *mari ac terra* 7, 10, 13. *coelo terraque* 12, 10, 19 praetereaque animadvertendum, saepe solum Ablativum hac locali significatione, omisso *in*, tamen aegre interdum desiderato, poni, ut 12, 5, 6. *cum in basilica Julia diceret, primo tribunali.* 8, 2, 15 *quinto demum versu*, multisque aliis locis, quos vide in Lexico In. III, quamobrem 9, 3, 50 *utimur hac figura non singulis modo verbis* ex Codicum auctoritate contra editionum *in singulis* restituerim.

Causales Ablativi audaciores mihi videntur: Pr. 7 *alterum (librum) temerario editionis honore vulgaverant;* et 10, 5, 10 *illa multiplici personarum* etc. *diversitate — facile delitescit infirmitas;* quo loco fortasse etiam de locali Ablativo cogitari possit, quae ratio Spaldingii scriptura *in illa* firmatur; jam 5, 13, 3 *accusator criminum invidia — materiam dicendi trahit*, cui discrepantiae Gesnerus Praepositione *a*, Spaldingius *e*, mederi volebant; ad quem locum, non propter similitudinem Ablativi, sed propter ejusdem Verbi usum adjicio 9, 4, 20 *verba verbis trahunt* i. e. *verba ex verbis serunt.* Cf. utrobique Notas Spaldingii. Contra ea Praepositionem *ab* de inanimo invenies: 12, 10, 43 *quae sunt ab eadem nobis natura concessa;*

at similem olim locum: 8, 6, 75 *quod a natura est omnibus augendi res minuendique cupiditas insita* Zumptiana editio, *quia natura* ponendo, sustulit.

Deinde ad Ablativos *quosdam* Modi apud Verbum *dico* animos advertere velim, ut 2, 11, 3 *impetu dicere se gloriantur*. 10, 1, 99 *licet Varro — Aelii Stilonis sententia — dicat*, interpretibus modo *ex*, modo *de* conjicientibus; tum 11, 1, 49 *reum — frequenti translatione, fictis aut repetitis ex vetustate verbis, compositione, quae sit maxime a vulgari usu remota, decurrentibus periodis — dicentem*, ubi illud *compositione*, nude positum, solis circumstantibus verbis et sequenti relativa sententia, quae Adjectivi locum obtineat, defenditur. Nec omittere placuit duos Ablativos comparationis in constrictiore dicendi genere: 1, 2, 28 *majora intellectu*, et 3, 6, 70 *major praetoria cognitione summa est*. Denique indeclinabilis vocis Ablativum habes 1, 7, 10. *Nam K quidem in nullis verbis utendum puto.*

III. *DE TEMPORIBUS.*

A) DE SINGULIS TEMPORIBUS.

1. DE PRAESENTI.

Praesens pro Futuro positum est 6, 3, 78. *Si hoc ita est, is in exilium, si non ita est, redis.* cf. Suppl. et Not.; pro Perfecto, in citando 2, 5, 20 *ut praecipit Apollodorus.* cf. 2, 5, 20; quare non dubito 10, 7, 18 *sicut in cogitatione praecipimus* contra editionum scripturam *praecepimus*, a Zumptio re-

ceptam, tueri. Qualis sit hujus Temporis usus p
Conjunctiones sub his ipsis quaere in Lexico.

2. DE IMPERFECTO.

Ratione sententiarum condicionalium Imp
fectum Indicativi pro Plusquamperfecto Conju
ctivi semel reperitur in sententia, cui tamen vis
natura condicionalis est: 5, 7, 6 ***Totum igitur ex
tiamus locum, quando universam institutionem
gressi sumus. Sufficiebant alioqui libri du
Domitio Afro in hanc rem compositi;*** nam prior
sententiam convertere licet: ***nisi universam inst
tionem aggressi essemus.*** Duo alia Imperfecta
habitu et indole universi complexus sententiar
explicanda sunt; nimirum 6, 1, 1 ***Peroratio sequ
batur*** spectat ad interruptum morte filii opus;
10, 1, 120 de Julio Secundo: ***adjecisset enim at
adjiciebat ceteris virtutibus suis, quod desider
potest***, significat ***adjiciebat*** i. q. ***jam coeperat a
cere.*** Cf. Zumpt. Lat. Gramm. §. 500.

3. DE PERFECTO.

Ex Graeca lingua translatus Perfecti Indicat
usus, qualis proprie est Aoristi, ad infinitum te
pus significandum, quando de repetita actione
de consuetudine aliqua agitur, non raro apud N
strum deprehenditur, imprimis in Verbi ***accip***
translata et ipsa significatione, ut 2, 4, 2 ***quia n
rationum tres accepimus species***, ad quem loc
Spaldingius in Praef. I, p. LXXXII recte admon
„receptam inter homines divisionem narrationu

non eam, quam in prioribus scriptor ipse fecerit" significari; sed dicendo, aptius videri Praesens, neglexisse videtur vir acutissimus hunc frequentem Perfecti, praesertim hujus Verbi usum, cf. enim 5, 10, 103 *quia communia ex praeceptis accepimus, cetera invenienda sunt.* ib. §. 63 *Partes incertas esse —; formas certas, quas tris accepimus.* 12, 10, 67 *sicut quattuor ventos generaliter a totidem mundi cardinibus accepimus flare.* v. Accipio II, β, a. Verum nonnulla ex aliis quoque Verbis exempla suppetunt: 5, 7, 27 *probos quosdam non aspere incessere profuit.* 3, 7, 15 *Animi semper vera laus: sed una per hoc opus via ducitur. Namque alias aetatis gradus, gestarumque rerum ordinem sequi speciosius fuit* (v. Not.). 12, 9, 14 *quia varium fore agentium propositum fuit, et quorundam cura tarditatis, quorundam facilitas temeritatis crimine laboravit: quem credam fore in hoc oratoris modum, tradere non alienum videtur.* 7, 10, 9 *Quis non faber vasculum aliquod, quod nunquam viderat, fecit?* 1, 3, 16 *Adde, quod multa vapulantibus dictu deformia et mox verecundiae futura saepe dolore vel metu acciderunt,* ubi ante Zumptii editionem legebatur *accidunt* v. Suppl. Eodem pertinet scriptura loci alioqui multifariam vexati, a Zumptio ex Vossianis 1. 3. sic constituti: 10, 1, 63 *sed et lusit et in amores descendit*, Spaldingio contra Codices edente: *sed in lusus et amores descendit.* v. Suppl. et Buttm. in Addendis. Quid? si super haec etiam addiderim 8, 3, 30 *quod rei studiosus non rebus verba aptavit, sed res extrinsecus arcessit*, quum vulgo contra omnes

Codices *aptabit* et *arcesset* mutetur (cf. Walch a Tac. Agric. p. 105). Quin etiam in Conjunctiv Perfecto videtur eadem illa vis infinita inesse 12 1, 28. *Nam quomodo pugnam ineuntibus tot simu metus laboris* etc. *exciderint, nisi in eorum locum pietas* etc. *successerint?*

4. DE FUTURO.

Singularis quidam Futuri, apud scriptorem nostrum imprimis frequens, usus, quum in Grammaticis nostris immerito neglectus sit, pluribus de se disserere me jubet: accedit enim Futurum simplex pro natura sua proxime ad Praesens Conjunctivi, utroque, non quid sit, sed quid fieri possit, significante, nisi quod per Futurum loquentes singulas actiones, quae aliquando dabuntur, spectant, id quod imprimis in praecipiendo ac docendo locum habet; quum, qui Praesenti Conjunctivi utuntur, generaliter atque in universum loquendo, dubitationi etiam interdum locum relinquant. Quintilianus ergo, hac illorum Temporum affinitate atque ratione ductus, permultis locis Futurum I. adhibere non dubitavit, quibus locis ex vulgari ratione Grammaticae potius Conjunctivum Praesentis exspectaveris.

Primum igitur amat Futurum I. in adhortando aut praeceptis proponendis, ubi alias solitum est aut Conjunctivo Praesentis aut Conjugatione cum Participio Fut. Pass. uti, cujus generis largissimam copiam exemplorum Cicero de Or. I, 34. offert. Ergo priore illa ratione pro Conjunctivo Prae-

sentis haec: 2, 4, 20 *Inde paulatim ad majora tendere* *incipiet*, *laudare claros viros et vituperare improbos.* 10, 7, 1 *ex tempore dicendi facultas: quam qui non erit consecutus, mea quidem sententia civilibus officiis* *renuntiabit*. 12, 9, 6 *Finem tamen hunc* *praestabit* *orator, ut videatur optimam causam optime egisse.* 12, 10, 37 *Non tamen alto semper* *feremur*; *nam et litora interim* *sequenda sunt*, et aliis locis. (Cf. Cic. Acad. II, 30, 98 *Si recte conclusi, teneo: sin vitiose, minam Diogenes* *reddet*. De secunda Futuri persona pro Imperativo v. Zumptii Grammaticam Lat. §. 586.) Adde 4, 2, 117 *(verba) hic expressa — esse* *debebunt*, ubi suffecerat *debent;* altero vero huic simili loco 4, 3, 17. editio Zumptiana *potest* pro *poterit* restituit. Secunda ratione pro Participio Fut. Pass. haec: 4, 5, 108 *Argumentabimur*, *ut dixi, nunquam: argumentum* *ponemus* *aliquando. —* *Inseremus* *expositioni et brevem, cum res poscet, defensionem et rationem futurorum.* Continuatur deinde §. 109. oratio: *Neque enim* *narrandum est* *tanquam testi.* Porro 5, 13, 8 *Testes erunt? multa in eos dicere licet. Chirographum? de similitudine litterarum* *disseremus*, ubi multi Codices secundi ordinis, ex quo corrigentis manum agnosces, dant *disserendum est.* Ibid. 13. *Itaque propositio quoque secundum hanc utilitatem* *accommodabitur*.

Tum in sententiis obliquis, sive indirectas eas dicere mavis, Futurum in membris interpositis, quae ex Pronomine aut Adverbio relativo pendent, Conjunctivi loco positum est, sive Verbum prima-

rium sententiae illius obliquae Infinitivus, sive Conjunctivus est. Prioris generis exempla Futuri, Infinitivo subjecti, sunt: 2, 2, 9 *Ita fiet, ut ex judicio praeceptoris discipulus pendeat, atque id se d i x i s s e recte, quod ab eo p r o b a b i t u r, credat.* 2, 21, 14 *mihi satis erit, ejus esse oratorem rei, de qua d i c e t, non imperitum.* 12, 11, 2 *ne, quae d i c e t, parum a u d i r i sentiat.* 3, 7, 16 *dum sciamus gratiora esse audientibus, quae solus quis, aut primus etc. fecisse d i c e t u r.* 8, 3, 42 *ne speremus, ornatam orationem f o r e, quae probabilis non e r i t.* 1, 11, 14 *ediscere etiam electa ex his (orationibus) cogat, et ea d i c e r e stantem clare, et quemadmodum agere o p o r t e b i t.* Posterioris generis, altero Conjunctivo alteri subjecto, exempla haec erunt: a) introducente Pronomine relativo: *nihilominus amicum gravem virum, aut fidelem libertum, lateri filii sui adjungere (licet), cujus assiduus comitatus etiam illos meliores f a c i a t, qui t i m e b u n t u r* (i. e. condiscipulos) 1, 8, 3. *esse flexum quendam, quo d i s t i n g u a n t u r (prosopopoeïae) ab iis, in quibus poeta persona sua u t e t u r.* 4, 2, 89 *prima sit curarum, ut id, quod f i n g e m u s, fieri p o s s i t.* 5, 11, 6 *ut aut omnia ex eo (exemplo) s u m a m u s, aut quae utilia e r u n t.* 10, 3, 28 *ut omnia, quae i m p e d i e n t, v i n c a t intentio.* Etiam 4, 3, 10 *quo facilius aures judicum, quae post d i c t u r i e r i m u s, a d m i t t a n t.* His adjice, quamvis diversa exempla, tamen eidem dicendi legi obnoxia: 5, 11, 8 *Etiam in iis, quae futura d i c e m u s, utilis similium admonitio est.* 7, 1, 39 *Ab eo enim, cujus personam t u e b i m u r, incipiendum erit.* b) Introducente Ad-

verbio relativo: 2, 1, 12 *Arma sunt haec quodammodo praeparanda semper, ut iis, cum res* p o s c e t, *u t a r e* Z. cf. 5, 7, 32; 2, 13, 3 *si praecipias imperatori, quotiens aciem* i n s t r u e t, *d i r i g a t frontem* etc. 4, 5, 18 *Et illud utique faciendum est, ut, quotiens* s u s p i c a b i m u r, *judici aliam probationem desiderari, —* p r o m i t t a m u s, *nos plene et statim de eo satis esse facturos.* Sic et Futurum exactum reperitur: 9, 4, 57 *ut, cum pro composito* d i x e r o *numerum, — oratorium dicere* i n t e l l i g a r. Cf. Cic. Or. I, 31, 137 *Atque arbitror, quum audieris, non tam te haec* a d m i r a t u r u m, *quae* d i x e r o, *quam existimaturum* etc. At vero, quae de Quintiliano disputavimus, aliis Ciceronis quoque exemplis firmari poterunt, ut De Fato 12, 28 *fortuitae sunt causae, quae efficiant, ut vere* d i c a n t u r, *quae ita* d i c e n t u r, *„Veniet in senatum Cato,“* eoque pluribus, quo magis hic scriptor emendationes quasdam exuerit, aut socordium librariorum, aut nimis acrium et subtilium editorum, qui, proposita semel lege de Consecutione Temporum et Modorum, unam normam dicendi ubique suspicantes, extirpando Futuro et Conjunctivo reponendo optime de clarissimo oratore meruisse sibi videbantur, id quod docent Görenz ad Cic. de Leg. I, 14, 41 *is vero, qui nihil alterius causa* f a c i e t, *et* m e t i e t u r *suis commodis omnia, videtis, credo, quid* s i t a c t u r u s, ac plenius Ellendt ad Brut. 50, 187 *ut, qui* a u d i e n t, *quid efficiatur: ego, etiam cur id efficiatur,* i n t e l l i g a m, etsi vir doctus plura miscet diversa, et, quem affert locum Nostri 3, 7, 15 *singulis assignare, quae secundum quamque earum (virtutum)*

gesta erunt, eo potius memorabilis videtur quod Quintilianus neglexit praecedentem constructionem Perfecti ἀοϱίστως positi *namque alias speciosius fuit*, quae res movit Gesnerum, ut *fuerunt* Spaldingium, ut *erant* mallet.

B) DE CONSECUTIONE TEMPORUM.

1. FUTURORUM.

Consecutio Futurorum, sicut omnis consequentia Temporum Indicativi, in sententiis relativis, causalibus, condicionalibus (*v.* Nisi et Si in Lex.) cernitur. Referuntur vero invicem in talibus sententiis aut bina Futura simplicia, ut 6, 3, 35 *quae dicet vir bonus, omnia salva dignitate dicet.* 10, 1, 4 *minus peccabit, qui longis breves subjiciet, et adhuc, qui praeponet longae brevem.* 4, 3, 6 *quod tamen ita fieri oportebit, si res dubitationem non habebit.* cf. ib. 9. 4, 5, 14. 5, 6, 5: aut Futurum I. et Praesens Conjunctivi, ut 11, 3, 138. *cui lati clavi jus non erit, ita cingatur* etc. 1, 1, 11. *si tamen non continget, quales maxime velim nutrices* etc. *habere; at unus certe sit assiduus dicendi non imperitus.* 1, 11, 14 *cum legere orationes oportebit, cum virtutes earum jam sentiet (puer), tum mihi diligens aliquis ac peritus assistat.* 1, 12, 6 *cum Latinis literis studebimus, non respiciamus ad Graecas?*: aut Futurum simplex et exactum, ut 2, 7, 3 *sine molestia, quae ipsi composuerint, jam familiarius animo suo affigent*, et multa similia, ex quibus praecipue intuenda haec

verbio relativo: 2, 1, 12 *Arma sunt haec quodammodo praeparanda semper, ut iis, cum res poscet, utare* Z. cf. 5, 7, 32; 2, 13, 3 *si praecipias imperatori, quotiens aciem instruet, dirigat frontem* etc. 4, 5, 18 *Et illud utique faciendum est, ut, quotiens suspicabimur, judici aliam probationem desiderari, — promittamus, nos plene et statim de eo satis esse facturos.* Sic et Futurum exactum reperitur: 9, 4, 57 *ut, cum pro composito dixero numerum, — oratorium dicere intelligar.* Cf. Cic. Or. I, 31, 137 *Atque arbitror, quum audieris, non tam te haec admiraturum, quae dixero, quam existimaturum* etc. At vero, quae de Quintiliano disputavimus, aliis Ciceronis quoque exemplis firmari poterunt, ut De Fato 12, 28 *fortuitae sunt causae, quae efficiant, ut vere dicantur, quae ita dicentur, „Veniet in senatum Cato,“* eoque pluribus, quo magis hic scriptor emendationes quasdam exuerit, aut socordium librariorum, aut nimis acrium et subtilium editorum, qui, proposita semel lege de Consecutione Temporum et Modorum, unam normam dicendi ubique suspicantes, extirpando Futuro et Conjunctivo reponendo optime de clarissimo oratore meruisse sibi videbantur, id quod docent Görenz ad Cic. de Leg. I, 14, 41 *is vero, qui nihil alterius causa faciet, et metietur suis commodis omnia, videtis, credo, quid sit acturus,* ac plenius Ellendt ad Brut. 50, 187 *ut, qui audient, quid efficiatur: ego, etiam cur id efficiatur, intelligam,* etsi vir doctus plura miscet diversa, et, quem affert locum Nostri 3, 7, 15 *singulis assignare, quae secundum quamque earum (virtutum)*

gesta erunt, eo potius memorabilis videt quod Quintilianus neglexit praecedentem const ctionem Perfecti ἀορίστως positi *namque alias spe sius fuit*, quae res movit Gesnerum, ut *fuer* Spaldingium, ut *erant* mallet.

B) DE CONSECUTIONE TEMPORUM

1. FUTURORUM.

Consecutio Futurorum, sicut omnis consequ tia Temporum Indicativi, in sententiis relati causalibus, condicionalibus (*v.* Nisi et Si in L cernitur. Referuntur vero invicem in talibus s tentiis aut bina Futura simplicia, ut 6, 3, *quae dicet vir bonus, omnia salva dignitate di* 10, 1, 4 *minus peccabit, qui longis breves sul ciet, et adhuc, qui praeponet longae brev* 4, 3, 6 *quod tamen ita fieri oportebit, si res dub tionem non habebit.* cf. ib. 9. 4, 5, 14. 5, 6, 5: Futurum I. et Praesens Conjunctivi, ut 3, 138. *cui lati clavi jus non erit, ita cingatur* 1, 1, 11. *si tamen non continget, quales max velim nutrices* etc. *habere; at unus certe sit assid dicendi non imperitus.* 1, 11, 14 *cum legere oratio oportebit, cum virtutes earum jam sentiet (pu tum mihi diligens aliquis ac peritus assistat.* 1, 12 *cum Latinis literis studebimus, non respiciam ad Graecas?:* aut Futurum simplex et ex ctum, ut 2, 7, 3 *sine molestia, quae ipsi com suerint, jam familiarius animo suo affigent,* multa similia, ex quibus praecipue intuenda ha

duo videbantur exempla: 8, 3, 55 *vitium erit* (*πλεονασμός*), *quotiens otiosum fuerit et superérit, non cum adjicietur*, quae in Praesens conversa haec erunt: *vitium est, quotiens otiosum fuit et superest, non cum adjicitur;* deinde 7, 10, 6 *Nisi forte satis erit dividendi peritus, qui controversiam in haec diduxerit — deinde, cum fuerit de prima quaestione dicendum, passim et ut quidque in mentem veniet, miscuerit: non primum in ea scierit esse tractandum* etc., expectabas certe etiam *venerit:* aut bina Futura exacta: 5, 9, 9 *At quia sanguis vel ex hostia respersisse vestem potest, vel e naribus profluxisse: non utique, qui vestem cruentam habuerit, homicidium fecerit.* 2, 6, 6 *Quodsi satis prudenter dicenda viderint* (*discipuli*), *jam prope consummata fuerit praecipientis opera: at si quid erraverint adhuc, erunt ad ducem reducendi.* Denique Futurum exactum et Praesens Indicativi: 7, 2, 15 *Si tamen plures in persona probationes habuerit (accusator), convertit hunc ordinem.* ib. 16 *Si in hac parte vicerit, reliqua non necesse habet dicere.* 9, 2, 1 *cui latius complecti placuerit, habet, quod dicat.*

2. CONJUNCTIVI.

Enotanda erunt secundum viam a nobis institutam ea, quae a vulgari Grammatica discedunt, exempla; ubi ergo Praesens vel Perfectum Conjunctivi ponitur, Praeterito Tempore antecedente, aut Imperfectum, Praesente, qualia sunt: a) Praesentis Conjunctivi: 3, 11, 28 *quae partes sint*

isse, quod sciret, ubi ratio rerum ipsa et nostra dicendi consuetudo desiderare videretur Praesentia, nisi ab elegantissimo quoque scriptore de vero hoc et genuino Latini sermonis usu satis doceremur.

IV. De Modis.

1. DE INDICATIVO.

Subjicitur Indicativus aliquotiens aut Conjunctivo aut Accusativo cum Infinitivo per Pronomina vel Adverbia relativa, ubi vulgaris ratio grammatica Conjunctivum poscere videatur, cujus generis, praeterquam quod ad ea, quae supra de peculiari Futuri usu disserui, rejicio, adjungam haec exempla: 1, 5, 24 *ut inter duo, quae idem significant, ac tantundem valent, quod melius sonet, malis.* 10, 2, 28 *ut suppleat, quae deerant, circumcidat, si quid redundabit,* utrobique Relativo cum sequentibus circuitionem quandam Participii aut Substantivi faciente, ut similiter 5, 10, 36. 7, 1, 20. 8, 3, 39. 10, 1, 58. Itaque tolerandus erit 10, 2, 28. Indicativus, nec ratio loci poscere mihi quidem videtur Francii conjecturam, alioqui Quintiliani sermoni convenientem, *deerunt,* „quum supplenda sint, quae antea non fuerunt, circumcidenda, quae deinde redundabunt.“ Porro paulo insolentiora haec: 12, 1, 29 *ut non titubet atque haereat, quotiens ab animo verba dissentiunt.* 6, 4, 19 *ut remedia proinde perseverent adhibere vel desinant, ut illa recipi vel respui vident.* 11, 2, 43 *mirum dictu*

est, *quantum nox interposita* a f f e r a t *firmitatis, sive* r e q u i e s c i t *labor ille, sive* c o n c o q u i t u r *seu* m a t u r a t u r *recordatio.* Deinde in Accusativo cum Infinitivo: 12, 11, 25 *nec, quidquid non est factum, ne fieri quidem* p o s s e, loco olim corrupto, sed a Zumptio ex Ambrosiano I. restituto. 9, 4, 38 *neque* L u c i l i u m *putant* u t i *eadem ultima, cum* d i c i t. Nec opus fortasse erit Gesneri conjectura, quam Zumptius recepit, *speraverint* 7, 2, 30, quum olim legeretur: *hanc fiduciam* f u i s s e *accusatoribus falsa objiciendi,* q u o d *laesum et vulneratum reum* s p e r a v e r e *hac invidia opprimi posse* (v. supra Cap. I, II, 1.). Qualis sit usus Indicativi post Conjunctiones et Pronomia relativa, vide in Lexico.

2. DE CONJUNCTIVO.

P r a e s e n t i C o n j u n c t i v i cum modestia quadam et urbane utitur interdum Quintilianus in proponendis suis opinionibus aut praeceptis, ut 3, 5, 18 *causam nunc* i n t e l l i g a m u s *ὑπόθεσιν, negotium περίστασιν.* 6, 2, 5 *probationes enim* e f f i c i a n t *sane, ut causam nostram meliorem esse judices putent.* 8, Pr. 19 *at eadem si quis volsa atque fucata muliebriter comat, foedissima* s i n t *ipso formae labore* (v. Suppl.) 2, 17, 28 *qui frequenter in hoc ipsum fallendi* s i n t, *ne errent.* Hunc scriptoris nostri morem observanti visa est mihi Codicum lectio tutanda: 4, 5, 13 *Quod sane in parte verum est, et illo sequenti, si modo indubitabile est,* s i t *solo utendum,* quamvis ante *illo* Spaldingius *cum* receperit, et Zumptius *ut* requirat.

I m p e r f e c t u m C o n j u n c t i v i paucis locis eandem illam modestiae legem non modo sequi sed adeo

amplificare existimo, ut suam opinionem aliorum auctoritati plane subjicere videatur Quintilianus, quum dicat: 6, 10, 90 *ac mihi quidem sufficeret hoc genus, sed in species secatur*, atque 9, 2, 83 *quod ego maxime sequerer*, quo loco Spaldingius in Nota critica fatetur, se non videre, quem locum habeat Imperfectum. Non tamen servandum censeo hoc idem Tempus 7, 1, 50 *Jam multum acti est: posset aliquis non affuisse et heres esse*, nisi vero et Grammaticae et sensui vim inferre volemus; sed plane sufficit Obrechti *possit* „es wäre möglich, dass jemand könnte," quod Ambrosianum I. quoque, qui tacetur, dare, ex silentio Collationum argumentor.

Perfectum Conjunctivi proprium quendam locum habet in praeceptis proferendis, ut 1, 1, 7 *de pueris — idem, quod de nutricibus dictum sit.* 6, 3, 26 *Idem autem de vultu gestuque ridiculo dictum sit.* cf. 7, 1, 9; deinde 1, 1, 19 *Idem etiam de sequentibus annis praeceptum sit.* 9, 2, 95 *ut protinus etiam praeceptum sit, ejusmodi figuris utendum temere non esse* (v. Not.). 9, 3, 56 *Sit tamen tradita et Latina (gradatio)* v. Not.

3. DE INFINITIVO.

Laxiora fieri vincula sermonis Latini Graeca invalescente licentia hic imprimis Modus docet, liberius enim etiam apud Fabium construitur cum Verbis et Nominibus, ubi grave et castum superiorum scriptorum genus dicendi legitimas structuras, sua quamque ratione, adhibuisset. Permittit enim sibi noster non solum haec: Pr. 3 *demittere me*

ad minora illa non recusabo. 4, 5, 3 *qui partitionem extendere vetant.* cf. 10, 5, 5; 3, 8, 58 *breviores commentarios facere elaboraruut.* 2, 5, 23 *suaserim et antiquos legere et novos.* 10, 5, 60 *sed esto neque melius, quod invenimus, esse, neque par.* 10, 7, 22 *si consequi utrumque non dabitur.* cf. 11, 3, 125. 127 ceteraque, quae in Lexico sub Delecto, Dissuadeo, Scio, Vaco etc. quaerenda sunt; sed etiam post Substantiva vice Genitivi Gerundii aut *ut* cum Conjunctivo, sicut: 5, 7, 32 *illae vero pessimae artes, testem subornatum in subsellia adversarii mittere.* 1, 6, 44 *velli et comam in gradus frangere et in balneis perpotare — non erit consuetudo.* 1, 2, 31 *est quaedam tacita dedignatio, vim dicendi — ad unum auditorem demittere.* 11, 2, 18 *primus hic labor est, non haerere in occursu.* 12, 10, 40 *quibus solum natura sit officium attributum, servire sensibus.* 8, 6, 23 *cujus vis est, pro eo, quod dicitur, causam, propter quam dicitur, ponere.*

Altera Graeci sermonis similitudo est frequens Attractionis apud Infinitivum sive Nominativi cum Infinitivo usus. a) apud Activa: 10, 1, 97 *qui esse docti affectant.* v. Affecto. 4, 3, 8 *judex quam primum certus esse sententiae cupit.* 10, 1, 72 *meruit credi secundus* (cf. Ovid. Met. 13, 315 *esse reus merui*). 11, 3, 42 *summa (vox) rumpi periclitatur.* 3, 6, 64 *non sustineo esse conscius mihi dissimulati — judicii mei.* v. Sustineo. 10, 7, 21 *qui stultis videri eruditi volunt.* b) apud Passiva: 9, 2, 92 *Themistocles suasisse existimatur Atheniensibus.* 8, 2, 20 *qui suos artus*

morsu lacerasset, *fingitur in scholis supra se cubasse.* 11, 1, 66 *ut inviti judicemur dixisse* 1, 10, 33 *tibicen ponitur — accusari*, quod exemplum immerito Spaldingius soloecismum putavit, nam cf. etiam: Cic. Mil. 18 *primum liberatur Milo, non eo consilio profectus esse, ut* etc. id. Tusc. I, 48, 114 *qui — hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribitur.* Curt. VI, 11, 35 *qui proximi sceleris particeps esse arguebatur.* Nec minus huc pertinere mihi videntur Participia, omisso *esse*, ut: 3, 6, 12 *jure interfectus ostenditur.* 2, 4, 35 *P. Clodius, qui non rite creatus tribunus arguebatur.* Cf. Zumpt. Gramm. Lat. §. 607.

Tertium Graecismi genus est omissum Subjectum Accusativi cum Infinitivo, quum aut idem est Subjectum, quod in Verbo dicendi sive sentiendi, ut Pronomen personale suppleatur, quale 7, 1, 60 *tentabit dicere, ne impetrare quidem aliter potuisse suorum restitutionem* (v. Not.). 7, 3, 1 *qui non potest dicere, nihil fecisse, proximum habet, ut dicat, non id fecisse, quod objiciatur.* 7, 4, 32 *reus fecisse negat.* 5, 7, 15 *fingamus in praesentia scire.* 9, 4, 101 *duo spondei non fere jungi patiuntur.* Cf. Cic. Mil. 24 *servos Milonis — sibi confessos esse, de interficiendo Cn. Pompejo conjurasse.* id. Verr. IV, 12 *respondit, id quod necesse erat, scilicet dicto audientem fuisse. ibid.* Act. I, 8 *Hic alios negasse, audere, alios respondisse, non putare, id perfici posse.* (v. Garat. ad h. l. et ad Phil. II, 24. Müller ad Cic. de Or. I, 22, 101.); — aut quum variatur Subjectum, ita ut Pronomen demonstrativum supplendum sit, ut 6, 3, 87

interrogatus, quid sentiret de eo, qui in adulterio deprehensus esset, Tardum fuisse, respondit, (Cf. Cic. Verr. IV, 21 *ut intelligatis, in homine intelligentiam esse, non avaritiam; artificii cupidum, non argenti fuisse).* 12, 1, 20 *Quanquam enim stetisse ipsum in fastigio eloquentiae fateor, ac vix, quid adjici potuerit, invenio, fortasse inventurus, quod adhuc abscisurum putem fuisse.* At vero insolentius etiam his, quum illic *tardum*, hic *abscisurum* omissum Subjectum indicet, est 6, 1, 35 *Fuit quondam inter haec omnia potentissimum, quo L. Murenam Cicero accusantibus clarissimis viris eripuisse praecipue videtur, persuasitque, nihil esse ad praesentem rerum statum utilius, quam pridie Calendas Januarias ingredi* (sc. *illum*) *consulatum.* Hujus insolentioris generis nonnulla exempla ex Curtio, cujus sermonem potissimum cum Quintiliano contulerim, quum et ipse argenteae aetatis scriptor studio quodam rhetorico suam orationem ad similitudinem optimorum aureae aetatis scriptorum finxisse mihi videatur, hoc loco laudare in promtu est: VI, 7, 26 *Atque illo (Cebalino) fatente, jam tertium (diem) esse, existimans (rex), haud incorrupta fide tanto post deferre, quae audierat, vinciri eum jusserat.* VIII, 11, 2 *Hanc (petram) ab Hercule frustra obsessam esse, terraeque motu coactum absistere, fama vulgaverat.* IX, 5, 20 *Toto die ac nocte — exercitus regiam obsedit — Nec prius recesserunt, quam compertum est, somno paulisper acquiescere* (sc. *regem*). X, 1, 68 *et quo modestius, quod expectabat, appeteret (Perdiccas), pervicacius oblaturos esse* (sc. *milites*) *credebat.*

Alia quaedam proprietas dicendi ab legitima ratione diversa est Accusativus cum Infinitivo, ubi pro natura Verborum Nominativum per attractionem positum apud Infinitivum desiderabis, ut 11, 1, 64 *credetur abesse ab eo culpam.* 5, 7, 33 *inde scientiam in testibus et religionem, ingenia esse in argumentis dicitur.* 6, 1, 31 *sciebatur interfectum eum* (v. Not.). 11, 2, 50 *cui duas et viginti linguas — traditur notas fuisse.* v. Trado in Lexico. Porro: 5, 10, 5 *aliis videtur, non destinatam vel inchoatam sed perfectam probationem hoc nomen accipere* (v. Not.); cum quo loco conferendus est 4, 2, 67 *Respondit, quae ei visum est* (sc. *responderi*), denique 10, 2, 8 *qui se pulchre expressisse genus illud — sibi viderentur.*

Agmen cogant Infinitivi Perfecti exempla, quae illa a Zumptio in Grammatica Lat. Cap. 80, 1 Not. 3 (§. 590) disputata expleant: 2, 1, 2 *non satis credunt excepisse, quae relicta erant* (cf. tamen Inf. Praes. Verbi deponentis 12, 2, 31). 8, 6, 30 *Romanae eloquentiae principem pro Cicerone posuisse, non dubitent.*

Infinitivus historicus, cujus copia in opere Quintiliani nulla est, tamen uno fortasse loco, ab interpretibus varie tentato, reperitur: 7, 1, 41. Abjecta enim Spaldingiana lectione, partim ex editionibus et conjecturis hausta: *Alii nihil vitare, ea, quae in oculos incurrunt, exquirendo, putant,* Zumptius, restituta Ambrosiani I. scriptura: *Alii nihil vitare, quae in oculos incurrunt exquirendum putant*, infra textum *editionis suae adjecit:*

„Nos *vitare* accipimus pro *vitandum sibi esse*,“ id quod dubito, num doctissimus vir ullo exemplo probaturus sit. Nihil igitur relinqui mihi videtur, nisi emendationis ancipitem medicinam adhibere volemus, quam ut *vitare* sit Infinitivus historicus, sine Conjunctione copulativa cum sequentibus nectendus; quamvis fateor, displicere mihi illum Infinitivum singillatim positum, cujus tamen exempla quum pleraque apud Livium, Sallustium, Tacitum, tum apud alios scriptores deprehenduntur, ut Cic. Verr. Act. II, Lib. I, 26 *ipse Rubrius in turba sauciatur; iste, qui sua cupiditate tantos tumultus concitatos videret, cupere aliqua evolare, si posset.* Curt. VIII, 3, 2 *Spitamenes (uxorem) — in omne discrimen comitem trahebat. Illa malis fatigata identidem muliebres adhibere blanditias, ut* etc.

4. DE GERUNDIO ET PARTICIPIO.

a) Gerundium in obliquis Casibus cum Accusativo conjungere, ut 3, 8, 39 *objiciendo aliquos metus.* 4, 5, 17 *ut omnia credat audendum*, praesertim si Objectum est Adjectivum aut Pronomen aut sententia relativa, ut 7, 1, 41 *quae in oculos incurrunt, exquirendum putant*, usitatum est, nec raro necessitate quadam soni exigitur, quale 4, Pr. 3 *quis aut mores excolendi sit modus aut studia.* Sed Nominativus quidam ipse cum Objecto perrarus est, non tamen, quia certa Codicum auctoritate nititur, emendationibus extirpandus erit: 11, 3, 175 *An non haec, misellus et pauperculus, summissa atque contracta; fortis et vehemens et latro, erecta et concitata voce dicendum est?* (v.

Buttm. in Addendis). Neque enim haec constructio ipsa omnino negari possit, quamvis non omnes ejus laudati loci satis firmis praesidiis muniti sint (cf. Ramshorn Lat. Gramm. ed II. p. 650), et hoc loco sensus ipse *haec* postulare necessario videtur.

Contra ea Participium Futuri Passivi cum Pronomine legitur 3, 2, 2 *defendendi sui* gratia; idem cum Praepositione *ab:* 1, 1, 16 *ab illis jam formandam quam optimis institutis mentem infantium*, ne invicem se turbarent *illis* et *optimis institutis.*

b) Participii Futuri Activi usum propter nimium brevitatis studium tametsi Quintilianus in Sallustio carpit dicendo: 9, 3, 12 *eousque processum est, ut visuros ad videndum missos idem auctor diceret*, tamen ipse cum modestia quadam dicendi idem pro Participio Futuri Passivi adhibet: 1, 10, 15 *Ejus sectae principes in hac fuere sententia, ut existimarent, sapientium aliquos nonnullam operam his studiis accommodaturos.* 5, 7, 17 *in eo (teste), qui verum invitus dicturus est, prima felicitas interrogantis est, extorquere, quod is noluerit;* uti fere apud Curtium VII, 10, 10 *Inde Bessum Ecbatana duci jussit, interfecto Dareo poenas capite persoluturum.* cf. id. VI, 10, 10. Ceterum fluctuat hujus Participii usus apud argenteae aetatis scriptores adeo, ut idem potestatem significet, sicut: 5, Pr. 5 *sic optime divisuri videbimur:* atque cum Verbo substantivo: 4, 5, 17 *Potest enim videri, qui tuto etiam confessurus fuit, mentiendi causam in negando non habere.* 4, 2, 112 *cum praesertim etiam in probationibus faciliorem*

sim animum ejus habiturus. Z. In interrogatione figurata reperitur vi condicionali: 1, 12, 18 *facile persuadebit sibi, ut tempora — geometriae potius ac musicae impendat, quanto plus delectationis habiturus, quam ex illis ineruditis voluptatibus* pro *quum tamen multo plus habiturus esset.* Ceterum admodum juvat interdum hoc Participium brevitatem dicendi, ut 7, 4, 18 *spes in futurum innocenter victuri et in aliquo usu futuri* pro *fore ut innocenter vivat et in aliquo usu sit.*

c) Ablativi absoluti ex solis Nominibus formati sunt: 9, 2, 24 *reo Scauro.* cf. 10, 1, 22; 6, Pr. 6 *liberis superstitibus* (Sp. adj. *oblectabar*) *et — me salvo maximos cruciatus praecipiti via effugit;* ex Participio Fut. Act. 12, 10, 73 *genus dicendi, quod casuris, si leviter excutiantur, flosculis nitet;* ex Comparativo Participii. 11, 3, 95 *tanto contractioribus ultimis digitis, quanto priores descenderunt;* ex duobus Participiis: 3, 8, 21 *etiam detractis sequentibus*, cujus generis alterum exemplum 8, 2, 19 *emutatis in perversum dictis de figuris* in Zumptii editione sublatum est.

Mixti et connexi cum ceteris orationis partibus, non igitur vere absoluti Ablativi, sunt in his: 1, 1, 1 *Igitur nato filio pater spem de illo primum quam optimam capiat.* (11, 1, 82 tollit editio Zumptiana). Deinde in Accusativo cum Infinitivo 11, 1, 28 *fuisset tumidius, si accipiendum criminis loco negasset Cicero, Equitis Romani esse filium se defendente*, qui locus, ipse plane legitimus, transitum faciat ad multo durius illud: 8, 2, 2 *ut ille, qui in actione Ibericas herbas, se solo nequidquam intelligente,*

cit. Pars horum locorum figurae, quam Zeugma vocant, annumerari potest, ut: 12, 11, 4 *monumenta rerum posteris et jura quaerentibus reddet*, ex quo Verbo ad *monumenta* supplebis *tradet*. 3, 1, 12 *Cicero in Bruto negat ante Periclea scriptum quidquam, quod ornatum oratorium habeat; ejus aliqua ferri*, intellige *ait*. Item in sententiis relativis, Pronomine relativo semel posito sed ad diversa Verba pertinente: 6, 3, 109 *quod* ἀποφθεγματικὸν *vocat et est*. cf. 8, 6, 21; ac durius etiam 10, 3, 11 *Sunt autem, quibus nihil sit satis, omnia mutare* etc. *velint*. Densatur et comprimitur maxime constructio omissis, quae ex ceteris facile patent, veluti Pronomen demonstrativum: 1, 7, 10 *K in nullis verbis utendum puto, nisi quae significat, etiam ut sola ponatur* pro *nisi in iis, quae significat;* item 11, 3, 68 *suis demum oculis credidit, quod efficeret* pro *in eo quod*. Deinde 2, 17, 3 *quis est — ut fabricandi quidem et texendi et e luto vasa ducendi artem putet*, quum proprie *artem* bis ponendum esset. Ante omnia comparationes Latini quam brevissime comprehendere solent, ut 10, 5, 2 *ut (Messala) et cum illa Hyperidis pro Phryne difficillima Romanis subtilitate contenderet* pro *cum Hyperide illa in oratione pro Phryne subtilitate Romanis difficillima contenderet*. Porro 11, 3, 53 *respiratio sub aqua diu pressi (spiritus) similis*. 5, 10, 114 *quo distet haec causa a ceteris, quae in potestatem victoris venirent* pro *a causa* sive *causis ceterorum, quae* etc. His adde: 10, 1, 123 *Idem igitur M. Tullius, qui ubique, etiam in hoc opere Platonis aemulus extitit*, ad *qui ubique* enim supplebis *excellit*

sive *principem locum tenet;* atque 4, 2, 116 *Ego vero — narrationem, ut si ullam partem orationis, omni qua potest gratia et venere exornandam puto*, quem locum *Meyerus* sic interpretatur: „narrationem ut ceteras partes orationis, si qua exornanda est, omni gratia exornandam puto." cf. 5, 10, 55 Similiter fere contrahitur oratio: 1, 4, 11 *Quaeret hoc etiam, quomodo duabus demum vocalibus in se ipsam coëundi natura sit, cum consonantium nulla nisi alteram frangat*, h. e. „cum consonantes duae non coëant, nisi ut altera alteram frangat." v. Not. crit. Denique 1, 7, 25 *Quid dicam vortices et vorsus ceteraque ad eundem modum, quae primus Scipio Africanus in E literam secundam vertisse dicitur* pro illis: *quorum secundam literam primus in E vertisse dicitur.*

Aptiorem quam hunc locum non invenerim, ubi de duobus locis disseram, quorum alter solutius constructus est: 8, 3, 46 *quas persequi longum est, in eo vitio, quod vitandum dicimus, commorantes:* efficitur hic Nominativus *commorantes* sine dubio ex antecedente *dicimus*, quanquam *longum est* desiderat *commorantibus*. Alter, nisi forte emendandus sit, Nominativum multo verborum ambitu explanandum continet, nam 11, 1, 53 *Age, si de morte filii sui* etc. *dicendum patri fuerit, aut in narrando gratiam illam expositionis, quae continget ex sermone puro atque dilucido quaeret, breviter ordinem rei protulisse contentus; aut* etc.? aliter explicari non potest, quam ut *contentus* positum existimes pro *dum contentus esse debebat,* id quod probationem quidem adhuc desiderat; nec sufficiet, si laudavero

9, 3, 19 *Plus enim quam satis est*, quo loco, monente Zumptio, simplex verbum *est* sensum fere habet eum, quasi dixerit auctor *esse debet.*

b) Species quaedam hujus breviter comprehensae constructionis est, quae Synesis vocatur, ubi ex ceteris mente repetitur aliquod simile vocabulum vel idem significans sed Genere aut Numero diversum, ut 9, 2, 79 *non solum, si persona obstaret rectae orationi, quo in genere saepius figuris opus est, decurrebant ad schemata, sed faciebant illis locum etiam, ubi inutiles ac nefariae essent* (intellige *figurae*). v. Not. et Gesnerum. 9, 3, 2. 3 *Esset enim orationis schema vitium, si non peteretur, sed accideret. — Ideoque cum sit a simplici rectoque genere loquendi deflexa* (sc. *figura*), *virtus est. — Una tamen in re maxime utilis. —* §. 4. *Qua si quis — vitetur* etc. Porro 10, 1, 28 *genus ostentationi comparatum* etc. dicitur poësis, ac deinde continuatur §. 29. *quod alligata* (sc. *poesis*) *ad certam pedum necessitatem non semper uti propriis possit, sed depulsa recta via* etc. v. Not. Pariter intelligitur *poësis:* 10, 1, 65 *nescio an ulla, post Homerum tamen, — similior sit oratoribus*, quamvis modo auctor de antiqua comoedia disputavit. Jam 8, 6, 37 *μετάληψις, id est transumptio, quae ex alio tropo in alium velut viam praestat: et rarissimus, et maxime improprius, Graecis tamen frequentior* (sc. *tropus*), quomodo scripturam hujus locis Zumptius ex optimis Codicibus restituit. Incertum quo referatur *eorum*, ac fere i. q. *ejusmodi* est 9, 3, 69. *quod etiam in jocis frigidum, equidem tradi inter praecepta miror: eorumque exempla vitandi potius*

gratia — pono. v. Not. Denique Numerus mutatur: 5, 10, 51 *Facultati autem licet instrumentum conjungere; sunt enim* (sc. *instrumenta*) *in parte facultatis et copiae.* 1, 2, 28 *vascula oris angusti superfusam humoris copiam respuunt, sensim autem influentibus vel etiam instillatis* (sc. *humoribus*) *complentur.* Praeter haec, qui huc pertinere poterat locus 1, 10, 6 *Nisi forte antidotos — ex multis atque interim contrariis quoque inter se effectibus componi videmus, quorum ex diversis fit una illa mixtura, quae nulli earum similis est, quibus constat* leni a Zumptio proposita emendatione *eorum* sanandus videtur. v. Not. et Suppl.

c) Tertia hujus generis species est Ellipsis, ubi una aliqua vox omissa facile intelligitur, ut *res* 6, 1, 4 *illa vero jucundissima, si contingat aliquod ex adversario ducere argumentum.* Cf. Zumptium ad Cic. Verr. IV, 23, 51 *Illa vero optima, quod, cum Haluntium venisset — ipse in oppidum noluit accedere.* Aut *me*: 12, Pr. 1 *pudor omittendi, quae promiseram, tenuit.* Hoc imprimis accidit Verbis quibusdam frequenter in dicendo adhibitis, et maxime quidem Praesenti Verbi *Esse* (v. Lex.), sed raro etiam aliis ejusdem Temporibus, ut 12, 11, 27 *neque post Lucretium ac Macrum Virgilius, nec post Crassum et Hortensium Cicero, sed ne illi quidem* (sc. *fuissent*), *qui post eos fuerunt.* Proximum huic est, quum omittitur *fit*: 9, 3, 19 *Nam de altera figura, quae detractione* (sc. *fit*), *pluribus adjiciendum est.* 7, 3, 27 *addictus, recepta libertate, ingenuus* (sc. *fit*), *servus invito domino non consequetur;* editiones post Aldinam ac fortasse Ambrosianus I, qui

tacetur, adjiciunt *libertatem*, ceteroquin de fide verbi, teste Zumptio, parum constat. Verba dicendi omittuntur: 6, 3, 90 *Tertium illud Cicero adversus Curium* (sc. *dixit*). 2, 21, 15 *de quibus (causis) ergo dicet? de quibus didicit* (sc. *dicere*). Deinde Codicum scripturam levi Ellipsi tueberis: 11, 1, 73 *Dixit Cicero pro Gabinio et P. Vatinio, inimicissimis antea sibi hominibus, et in quos orationes etiam scripserat, verum et justa sic faciendo: non se de ingenii fama sed de fide esse sollicitum;* intellige enim post *faciendo:* „*cum fateretur* aut *diceret*,“ nec desiderabis conjecturas *verum causa justa fit fatendo* aut *verum excusat se fatendo*. Similis quaedam ellipsis erit 12, 2, 28. *Haec sunt, quibus mens pariter atque oratio insurgant: quae vere bona, quid mitiget metus, coerceat cupiditates, eximat nos opinionibus vulgi, animumque coelestem*, cui loco satisfactum mihi videtur, si post *insurgant* intelligimus *docendo* (v. Not.). Desideratur *egit* 11, 3, 178. *illud minus mirum, quod alter (actor comoediarum) deos, et juvenes et bonos patres* etc. *optime, alter acres senes, callidos servos, parasitos, lenones et omnia agitatiora melius.* Cumulum quendam Ellipsium habet 10, 1, 37. 38 *Credo exacturos plerosque, cum tantum esse utilitatis in legendo judicemus, ut id quoque adjungamus operi, qui sint* (sc. *legendi*), *quae in quoque auctore praecipua virtus* (sc. *sit*). *Sed persequi singulos infiniti fuerit operis. Quippe cum in Bruto M. Tullius tot milibus versuum de Romanis tantum oratoribus loquatur, — quis erit modus, si et illos, et qui postea fuerunt, et Graecos omnes, et philosophos?* sc. *persequi velim*, quae verba edi-

tiones inde a Basileensi adjiciunt. Praeter haec quaere alias Ellipses et Aposiopeses in Lexico sub Aliquis. Quidam. Sed I extr. et II. Si VI, *a*, *a*. Sum, Unde.

III. *DE FIGURA, QUAM DICUNT* ἓν διὰ δυοῖν.

Admodum pauca vestigia hujus figurae alioqui frequentis apud Romanos scriptores deprehendes apud Quintilianum, non enim alia nec illa quidem indubitata hujus generis exempla reperire mihi contigit, quam: 1, 10, 7 *muta animalia mellis illum inimitabilem — saporem vario florum ac sucorum genere perficiunt;* transfer *florum ac sucorum* „Blüthensäfte," neque enim apes ex sucis et floribus sed ex sucis florum mel conficiunt. Deinde 12, 6, 3 Buttmannus et post eum editores ex Davisii conjectura dederunt: *dum et veniae spes est, et paratus favor* etc., quanquam omnes libri *venia et spes* exhibent, id quod per Hendiadyn idem valet, ac Davisii vult conjectura, neque emendatione erat expellendum. v. Not. crit. Denique *repetamus autem et tractemus* malim cum Frotschero explicare per eandem figuram *repetendo tractemus*, quam cum Augustio, etsi ne hoc quidem omnino displicet, particulam *re* mente ad *tractemus* quoque referre, ut *prae* Cic. de Div. I, 1 *praesensio et scientia*.

IV. *DE COLLOCATIONE VERBORUM.*

Amat aetas argentea omnio affectatum quendam colorem dicendi, quem varianda structura

et collocatione verborum paecipue efficere studet. A priore quidem hoc genere satis integer servatur sermo Quintiliani, nisi quod 3, 8, 9 legitur: *in bello Jugurthino et Catilinae*, omnibus Codicibus assentientibus, ubi tamen Spaldingius ex editionibus, quae Badianam secutae sunt, *Catilinario* recepit. At in verborum collocatione admodum delectatur Noster variatione quadam, praecipue in paribus componendis, ut 1, 1, 1 *et faciles in excogitando, et ad discendum promptos.* 1, 3, 5 *stat profectus, admiratio decrescit.* 4, 1, 48 *promittendo nostras probationes, et adversas eludendo.* 8, 3, 18 *quod alibi magnificum, tumidum alibi.* 8, 5, 9 *Homerus poeta, urbs Roma.* 11, 1, 76 *poenitentiae confessio et satisfactio culpae;* atque uno vocabulo bis posito: 3, 6, 40 *tanquam de praeterito tantum et tantum de facto quereretur.* 9, 4, 42 *cadentia similiter et similiter desinentia:* vel tribus paribus positis: 10, 1, 97 *gravitate sententiarum, verborum pondere, auctoritate personarum.* 2, 4, 22 *adulter caecus, aleator pauper, petulans senex.* Verum etiam ubi trina verba junguntur, ut 4, 1, 13 *multum agit sexus, aetas, condicio in feminis, senibus, pupillis*, liberos, parentes, conjuges *allegantibus.*

Atque. I) *bina conjungit vocabula: α) praecipue ante vocales, imprimis ante literam A:* ab ipsa actione atque ab imitatione 8, 4, 43. orationis atq. actus 9, 2, 4. Demosthenis atq. Aeschinis 10, 1, 22. adjecisset enim atq. adjiciebat ceteris virtutibus suis *ib.* 120. ex voce etiam atq. actione 11, 3, 154. distringente atq. alio ducente causa 12, 1, 5. quae magna sunt atq. admirabilia 12, 11, 25. sedens adhuc atq. (*a. l.* ac) audiens 6, 2, 7 *N. cr.* generare atq. ad frugem aliquam perducere 6, 2, 3. *cf.* 6, 1, 20. 11, 1, 46; *frequenter etiam ante ceteras vocales et h:* acre quiddam atque expeditum 11, 3, 146. in certamine armorum atque in palaestra 9, 4, 8. simplicis atq. inaffectati coloris *ib.* 17. spondeis atq. iambis *ib.* 140. a simplici atque (*a. l.* ac) in promtu posito dicendi modo 9, 1, 13. acutior atque habilior 6, 3, 12 *etc.*; *amatur ante ut:* Atque ut ordinem sequar 9, 4, 33 varie atque ut sensus ejus postulabit *ib.* 132. in promtu atque, ut ita dicam, in conspectu 10, 1, 6. *cf. ib.* 35. 9, 4, 134 *etc.* atque utinam — dicerent 10, 2, 15. *cf.* 2, 5, 17; *β) ante consonantes:* in brevi atque concisa (*actione*) 6, 4, 2. *cf.* 12, 2, 11. oratio vincta atq. contexta 9, 4, 19. aperta atq. dilucida narratio 4, 2, 36. *cf.* 3, 2, 4 *Z.* aridum atq. jejunum 2, 8, 9. 2, 4, 3. vocem atq. motum 11, 3, 1. rebus atq. personis 11, 1, 2. solida atq. (*a. l.* ac) robusta eloquentia 10, 1, 2. *cf.* 9, 3, 91. ex verbis atq. sententiis 9, 4, 137. circumcise atq. velociter 8, 3, 81 *etc.*; verbis atque sententiis uti magnificis et (*Sp.* atq.) ornatis 6, 1, 52 *Z.* cum validae, tum breves vibrantesque sententiae, plurimum sanguinis atque nervorum 10, 1, 60. Haec ut sciamus, atque eorum non significationem modo, sed formas etiam mensurasque norimus, et, ubicunque erunt posita, an conveniant, nisi multa lectione atque auditione, assequi nullo modo possumus 10, 1, 10. *v.* Et. II) *adhibito atque interdum assurgit oratio:* sensus enim sunt alii atque alii 11, 3, 39 *v.* Alius. eadem dici solent aliter atq. aliter (*a. l. om.* atq. alit.) 9, 1, 16. verbis omnibus altius atq. altius insurgentibus 8, 4, 27. Mihi unum atque idem videtur bene dicere ac bene scribere 12, 10, 51. idem atq. in eodem loco 8, 4, 9. *v.* Idem. III) *Transitum c. quadam gravitate facit:* atq. e contrario porrectas syllabas geminis vocalibus scripserunt 1, 7, 14. atq. hinc initium ejus artis fuisse manifestum est 10, 1, 3. *cf.* Pr. 7. Atq. ego vel judicio veterum poteram esse contentus 1, 10, 9. *cf.* 10, 2, 20; *congruit igitur interdum cum atqui:* Atque constabit (*Sp.* atqui constat) nusquam esse eorum majorem usum

4, 2, 80; Atq. ego illos credo, nec sensisse, quid facerent *etc.* 8, 3, 4 *N.* Atq. id viro bono satis est docuisse, quod sciret 12, 11, 8 *N.* (*in utroque loco Sp. conjic.* atqui). [*cf.* 8, Pr. 27. *Sp.*, *Z.* Atqui]. IV) *Junctum c. aliis Conjunctionib.:* atque ea quoque, quae sensu et animo carent 1, 3, 8. qui robur quidem et ebur, atque etiam marmur fatetur esse 1, 6, 23. Atque etiam si fuerint crebriores figurae 9, 2, 94. ne cui vestrum, atque etiam omnium, qui assunt *etc.* Coel. 11, 1, 51 verborum atque ipsius etiam soni rusticitate 11, 3, 10. Atque Aristoteles quidem putat 5, 12, 9. Atque ille quidem omnibus ejusd. operis auctoribus abstulit nomen 10, 1, 72. Atque in hac tamen opinione perseverantes 12, 10, 27.

Atqui. Atqui (*sic solus Amb.* 1., *al.* atque) hoc est, quod dominatur in judiciis 6, 2, 3 *N. cr. cf.* 12, 2, 7. 8, Pr. 27 *Z.* Atqui debes 9, 3, 98. Atqui praecipue prima tempora hoc vitio laborabant 9, 2, 77. Atqui Plato in Timaeo prima statim parte vitare ista non potuit 9, 4, 77. Atqui, si nihil refert, brevis an longa sit ultima, idem pes erit *ib.* 94. Atqui corporis quoque motui sua quaed. tempora adhibet musica ratio numerorum 9, 4, 139. Atqui nemo dubitaverit 10, 3, 22. Atqui sunt quaedam actiones in satisfactione *etc.* positae 11, 1, 52. *cf.* 5, 8, 2. 5, 13, 9. Atqui simillimus huic sit advocatus 12, 3, 6. *cf.* 12, 2, 7; orator ergo Demosthenes non fuit? atqui malum virum accepimus 12, 1, 14. nec gladiola (*quisquam ferat*), atqui Messala dixit 1, 6, 42.

Atrium. primum sensum vestibulo quasi assignant, secundum atrio 11, 2, 20. plurimum in atrio ponunt *ib.* 23.

Atrocitas. cujus (*rei*) atrocitate judex erat movendus 6, 1, 32. atrocitas (*facti*) crescit ex his *ib.* 15 *N.* plurimum affert atrocitatis modus *ib.* 17. quod in foro atrocitate formularum dijudicatur 7, 1, 37. quod indignum sit, crimina ipsa atrocitate defendi 7, 2, 31. ubi atrocitate, invidia, miseratione pugnandum est 9, 3, 102.

Atrox. — Medea (*in tragoediis*) 11, 3, 73; atrocia invidiose, tristia miserabiliter dicere 4, 2, 120. atroci in causa *opp.* in miserabili 6, 3, 31. si expositio circa finem atrox fuerit 4, 3, 5. in rebus atrocib. *opp.* mitibus 11, 3, 116. res atroces et miserabiles 6, 1, 53. rebus atrocib. verba etiam ipso auditu aspera magis convenient 8, 3, 17. *v.* Res. atr. in ira et aspera (*vox*) 11, 3, 63; ut id, quod objecit, quam atrocissimum videatur 6, 1, 15. cum res atrociss. elevamus consulto 8, 4, 19.

Attendo. α) qui libenter audiunt et magis attendunt, et facilius credunt 8, 3, 5. attendere signa ad eos, qui excidunt, sensus 11, 2, 29. hoc diligenter attendite 4, 1, 74. 9, 2, 56. β) *Partic.:* att. auditor 4, 1, 5. attentum judicem facit *ib.* 33; ea (*partitione*) fiat judex attentior (*Sp.* int.) 4, 5, 1. circa jus nostrum attentior *ib.* 21. *v.* Intendo.

Attentio. docilem haec ipsa praestat attentio 4, 1, 34.

Attento. (*argumentorum locos*) circumspectare in agendo et attentare singulos, minime convenit 12, 8, 14.

Attero. asperiorum tractatu rerum atteruntur (*ingenia*) 8, Pr. 2. velut attrita quotidiano actu forensi ingenia — reparantur 10, 1, 27.

Attinet. neque enim attinet 10, 1, 105. omnes persequi neque att., neque possum 2, 15, 37. nihil att., id defendere 4, 2, 70. de causis frequenter quaeri nihil att. 7, 2, 41. *cf.* 7, 1, 38; quorum induere personas quid (*a. l.* non) att., nisi affectus assumimus 6, 2, 36. Quid attinet de his plura? 5, 4, 1. quid enim att. quaerere? 9, 4, 15. Quid

enim att. judicem praeparare, qui nullus est? 2, 10, 8. Quid enim att., circuitu res ostendere 12, 10, 41. quid att. tam multis annis declamitare in schola? 12, 11, 15. quid enim att. illa bis dici *Vib. Crisp.* 5, 13, 48.

Attingo. I) si terram attigerint 1, 2, 7. cum eum, qui pulsavit, attigisse dicimus (*minuendi species*) 8, 4, 1. Codicem attigit 5, 13, 26. II) *transl.:* Quae ne praeterisse viderer, satis habui attingere 3, 6, 28. haec, ne omisisse viderer, attigi 6, 3, 102. quae supra jam attigi 1, 6, 24. quae leviter in transitu attigeram 7, 3, 27. summatim (*a. l.* summam) attingam 10, 1, 44. pauca propria hujus loci attingam 12, 9, 1. *cf.* 6, 2, 2. paucissima attingam exempla 5, 10, 92. praecipuos attingemus 8, 3, 89. dicturus, quibus ornetur oratio, prius ea, quae sunt contraria laudi, attingam *ib.* 41; attingenda defensio, ut id pro rep. fuerit 7, 1, 35. maxime necessarias (*partes*) attingam 8, 3, 63. pars altera probationum plerumque aut omnino negligitur, aut levissime attingitur 5, 8, 1.

Attollo. I) sive summittimus, sive adorantes attollimus (*manus*) 11, 3, 115. male dexter (*pes*) attollitur, aut summis digitis suspenditur *ib.* 125. (*superciliis*) contrahitur, attollitur, demittitur (*frons*) *ib.* 78. pueros attollere (*in peroratione*) *ib.* 174. sublimis spiritus attollere orationem potest 10, 5, 4. quando attollenda vel summittenda sit vox 1, 8, 1. (*vox*) attollitur concitatis affectibus, compositis descendit 11, 3, 65. II) *transl.:* quo quis ingenio minus valet, hoc se magis attollere et dilatare conatur 2, 3, 8. pudet supra modum sermonis attolli 1, 2, 31. nihil supra quotidianum sermonem attollere 2, 4, 9. minores contra dignitatem attollendi 12, 7, 6. quae crebris parvisque conatibus se attollant, inaequalia tantum et velut confragosa, nec admirationem sequuntur eminentium *etc.* 8, 5, 29. quid elocutio attolat aut deprimat 8, 3, 90. excitanda mens et attollenda semper est 1, 2, 8. aut res per similitudinem attollimus, aut per comparationem, aut signis quasi quibusd. vel translatione 8, 6, 68. 69.

Attonitus. — Ajax (*in tragoedia*) 11, 3, 73.

Attrectatio. *pars orationis* 1, 4, 20 *N.*

Attribuo. quibus (*verbis*) natura sit officium attributum, servire sensibus 12, 10, 40.

Auctio. auctionem proponere 6, 3, 99. auctione dimissa 11, 2, 24.

Auctor. I) *princeps causa rei efficiendae:* α) quaeritur et de facto et de auctore 7, 2, 7. 51. parum certus auctor (*caedis*) 6, 3, 68. cujus etymologiae auctorem 1, 6, 35. Lycurgus durissimarum Lacedaemoniis legum auctor 1, 10, 15. instituta auctoribus afferunt laudem 3, 7, 18. Judaicae superstitionis primus auctor *ib.* 21. ut aliquid habere videantur (*generis Rhodii eloquentes*) gentis, aliquid auctoris 12, 10, 18; pecunia, cujus auctor (*i. e. legitimus possessor*) non extat 7, 2, 52 *N.* β) ut ne auctorem (*alicujus ridiculi dicti*) ponam 6, 3, 64. nec pastorem populi, auctore Homero, dixerim 8, 6, 18. ego, neque id sine auctoribus, judico 2, 21, 4. sermo sine ullo certo auctore dispersus 5, 3. ne ii quidem ullo satis idoneo auctore nituntur 2, 4, 42; Timagenes auctor est, omnium in literis studiorum antiquissimam Musicen extitisse 1, 10, 10. Latinos dicendi praeceptores extremis L. Crassi temporibus coepisse, Cicero auctor est 2, 4, 42. *cf.* 10, 3, 8. γ) suos haec operum genera ut auctores, sic etiam amatores habent 12, 10, 2. carminum auctores 8, 6, 27. — comoediae 10, 1, 66. Elegia,

proxime periculum translatione 8, 6, 11 *N. cr.* verba poëtica libertate audaciora *opp.* proprie dicere 10, 5, 4.

Audens. nonne his latior et audentior et excelsior (*Aeschines*) 12, 10, 23.

Audenter. multa alia etiam audentius (*a. l.* audientibus *N. cr.*) inseri possunt 8, 3, 27 *N.*

Audentia. velut tutioris audentiae (*a. l.* audaciae) est tentare, quibus paratior venia est 12, Pr. 4 *N.*

Audeo. *α*) *simpliciter:* dum audere non dedecet 12, 6, 3. — dum facilius est aud. *ib.* 7. audendum tamen 1, 5, 72. audendum itaque 8, 3, 35. nec audendi facilitatem usque ad contemtum operis adduxerit 12, 6, 7. *β*) *c. Accusat.:* ausi aliquid licentius aut laetius 2, 4, 14. paulum aliquid ausi 8, 3, 31. ut omnia credat audendum (*Sp.* — da) 4, 5, 16 *S.* cum aliquid novi sceleris esset ausurus 7, 4, 22. quotidie majus fit semper, quod ausuri sumus 12, 6, 3. audeat plura 2, 4, 6. audentes plus quam possunt 1, 5, 32. (*Polycletus*) nihil ausus ultra leves genas 12, 10, 8. rem sceleratissimam non malitia sed indignatione audere 3, 8, 45. hoc injuriae genus verecundius inest passis quam ausis 11, 1, 84 *N. cr.* *γ*) *c. Infinit.:* quod eodem nomine appellare non audent 1, 9, 5. ausus omnes contexere partes 4, Pr. 7. se ventis credere ausos 12, Pr. 2. ut audeat dicere 12, 1, 10. 21. non audeo totum dicere *Cic.* 9, 2, 54. neque erit perfectus orator, nisi qui honeste dicere et sciet et audet 12, 2, 31. *cf.* 5, 14, 34. dissentire vix audes a Cicerone 7, 3, 8. nihil generare audemus ipsi 8, 6, 32. quale libidinis exemplum instituere ausus primus 3, 7, 21. manum ultra sinum proferre non audeat (*agens*) 11, 3, 118. orationes scribere non ausus est 2, 17, 13. quod neque summi imperatores *etc.* sibi unquam vindicare ausi sunt Pr. 14; *Ausim:* quod non ausim dicere 7, 4, 28. *cf.* 2, 5, 14. nec affirmare ausim 9, 2, 1. ut non ausim dicere, — ita plane affirmo 6, 3, 11.

Audio. audivisse 1, 6, 17. audierunt 4, 2, 38. audierint (*Sp.* — verint) 8, 2, 21. audisne? *Asin.* 9, 2, 9; I) *Verbum finit.* *α*) *simpliciter:* ita quisque, ut audit, movetur 11, 3, 2. qui audiunt *opp.* ipse qui dicit 2, 2, 11. juvenum modicum esse, cum audient, testimonium debet *ib.* 9. cum semel aut bis audierit 11, 2, 34. Nec semel audisse sit satis 12, 8, 8. libenter audient 2, 9, 2. 8, 3, 5. simplicius audiunt 5, 11, 19 *N.* ut propitius judex audiat 4, 2, 27. id quoque plurimum refert, quomodo audire judex velit 12, 10, 56. ab inimicis male audire 12, 10, 13. male audiendi patientia *opp.* cognitura male dicendi 12, 9, 9. *β*) *c. Accusat.:* a) *aliquem* 3, 1, 17. 4, 1, 9. quid si ipsum audissetis? 11, 3, 7. quos (*tragoedos*) ego quidem audierim 12, 5, 5. quem (*praeceptorem*) Romae quoque audierat 12, 6, 7. qui Geometren audierint (*Sp.* — verint) 1, 10, 4 *Z.* dicentem adversarium diligenter audiat 12, 9, 19. quem praesidentes studiis deae propius audirent 10, 1, 91; ab iis, quibus quis dicit, audiri 12, 5, 6. *cf.* 2, 2, 13. majore cum fide necesse est audiatur 12, 1, 12. qui et ipse a nobis auditus est 10, 1, 102. et auditum eum et intellectum 12, 5, 6. b) *aliquid:* 7, 1, 12. 63. 12, 11, 2. ut audio hoc, animus accipit, plenum sine hac geminatione non esse 9, 4, 119, hoc jam (*a. l.* hoc illam) viginti annis audio 6, 3, 73 *N. cr.* non tam obest audire supervacua, quam ignorare necessaria 12, 8, 7. ut judex intelligat potius dolorem illum, quam audiat 11, 1, 84. aures magis audiunt *P* (*lit.*) 1, 7, 7. verba ex nobis audierunt 1, 2, 7.

ficus addit hominibus auct. 8, Pr. 20. adhibetur extrinsecus in causam et auct. 5, 11, 36. *cf.* 3, 8, 36. multum auctoritatis affert vetustas 3, 7, 26. *cf.* 2, 7, 4. modestia, quae plurimum oratori et auctoritatis et fidei affert 12, 9, 12. aspergunt illam vetustatis auct. 8, 3, 25. per quae non a se tantum dictis detrahat fidem, sed ceteris quoque auferat auctoritatem (*Burm. conj.* afferat vilitatem) 5, 7, 32 *N. cr.* captarent auct. contemtu ceterorum 12, 3, 12. in senatu conservanda auctoritas, ap populum dignitas 11, 3, 153 *N.* haec tam timida defensio detrahit auct. illi, qua recte dicebamus occisum 7, 1, 36. libertinis detrahenda est auct. 11, 1, 88 detracturum plus auctoritatis *ib.* 74. *cf.* 6, 5, 10. elevare tanti beneficii auct. 12, 7, 8. non explevisse deorum auct. 12, 10, 8. faciunt auct. probationibus nostris postulando 6, 4, 17. verba auct. antiquitatis habent 1, 6, 39. auct. habent (*testes*) non arguentium illa sed confitentium 5, 7, 12 plurimum auctoritatis et ponderis habent longae 9, 4, 91. *cf.* 9, 2, 72. ut auct. induat vera sentientis 4, 1, 46. auct. minuere 6, 3, 30. in omni negotio neglecta auct. 11, 1, 30. hinc et patres adversus liberos *etc.* auct. petunt 5, 12, 13. ne viri boni et gravis perdamus auct. 11, 3, 184. quotidie aliquid ex ea, quam meruerat, auctoritate perdentem 12, 11, 3. *cf.* 4, 2, 125. auctoritas ab oratoribus vel historicis peti solet 1, 6, 2. relictis magistrorum auctoritatibus 2, 13, 7. repetere auct. a plurimis versibus 5, 11, 39. quorum auct. secutus est 3, 6, 80. *δ*) *Ablat.:* Tragoediae scriptores clarissimi gravitate sententiarum, verborum pondere, auctoritate personarum 10, 1, 97. salva dicendi auct. 12, 10, 46. sermo constat ratione, vetustate, auct., consuetudine 1, 6, 1. judicium suum cum illius auct. conjunxit 10, 3, 1. defenditur aetate, dignitate, auct. 11, 1, 28. auct., vetustate, consuetudine defenditur (*schema*) 9, 3, 3. excusantur haec vitia auct. *etc.* 1, 5, 5. quae rerum gestarum auct. nituntur 5, 11, 1. figurae contra rationem loquendi veterum auct. receptae 4, 2, 118. qua sit auct. suadendum 1, 11, 12. *ε*) *c. Genit. junctum:* Flavum, cujus ap. me summa est auct. 7, 4, 40. 10, 3, 1 *etc.* auct viri boni et gravis 11, 3, 184. — audientium 12, 5, 1. — non arguentium illa sed confitentium 5, 7, 12. — narrantis 4, 2, 125. — vera sentientis 4, 1, 46. Deorum auct, quae est ex responsis 5, 11, 42; — antiquitatis 1, 6, 39. — tanti beneficii 5, 11, 42. — frontis 12, 5, 5. — historiae 10, 1, 102. morum senilis auct. immatura adolescentibus creditur 11, 1, 32. rerum gestarum auct. 5, 11, 1. vetustatis inimitabilem arti auct. 8, 3, 25.

Aucupor. verba aucupantem 11, 1, 50.

Audacia. (*inter pessimos affectus*) 5, 10. 34. audaciam frangere 2, 16, 7. audacia provecti 1, 3, 4. oppressa virtute audacia est *Cic.* 4, 4, 2.

Audacter. inhaerens quidam molestissima diligentiae perversitate, ut audaciter potius dicant, quam audacter 1, 6, 17; *Compar.:* quod hoc audacius dixerim 3, 3, 7. aud. translatum verbum 4, 1, 58. aud., nec sine motu quodam imaginantur 9, 2, 42. paraphrasi aud. vertere 1, 9, 2.

Audax. audacem, petulantem *etc.* 7, 2, 28. verbis felicissime (*a. l.* ferocissime) audax (*Horatius*) 10, 1, 96; illa adhuc audaciora et majorum laterum 9, 1, 29 neque tam plenum et erectum et audax et praecultum, quam pressum et mite et limatum (*genus eloquentiae*) 11, 1, 31. illud audacius genus 9, 2, 32. hyperbolen, audacioris ornatus 8, 6, 67. audaces sententias 10, 1, 104. audaci et

aud. 4, 5, 6. II) *i. q. discipuli: opp.* praeceptori rhetorices 2, 5, 16. Periclem Anaxagorae auditorem fuisse 12, 2, 22. aliquid quotidie dicat, quae secum auditores (*Sp.* audita) referant 2, 2, 8. omnia, quae recta sunt, velit (*doctor*) esse in suis auditoribus quam plenissima 10, 2, 21.

Auditorium. plenum auditorium 2, 11, 3. non eand. esse condicionem, fori et auditorii 10, 1, 36. eloquentiam, licet hanc libidinosam resupina voluptate auditoria probent 5, 12, 20 *N.* in auditoriis (*Gorgiae*) 2, 21, 21. auditoriis (*a. l.* auditoris) se, non judiciis compararat 10, 1, 79.

Auditus. *α*) ad auditum accommodata (*vox*) 11, 3, 40. nec auditu sed intellectu perpendenda est (*proprietas*) 8, 2, 6. verba etiam ipso auditu aspera 8, 3, 17.

Aufero. abstulit 1, 5, 69. *α*) duo fures pecuniam abstulerunt 7, 4, 44. abstulit eadem sociis 5, 11, 7. quod vi sit ablatum 5, 10, 113. *β*) (*se dare*) quasi tempestatibus, quo volent, auferendum 10, 7, 23. ab intentione auferendus auditor 4, 5, 6. admiratione auferuntur 8, 3, 5. *γ*) ceteris auferat auctoritatem 5, 7, 32 *N.* auferendae dissimulationis gratia (*interrogare*) 9, 2, 9. fortasse epilogos illi mos civitatis abstulerit 10, 1, 107. matri abstulit fidem 6, 5, 9. gratiam responsuris aufert 6, 1, 20. cognoscenti judicium auferre 4, 5, 6. qui vitam abstulit, — qui mentem 9, 2, 105. omnibus ejusdem operis auctoribus abstulit nomen 10, 1, 72. agrorum nimia cura *etc.* multum (*sc.* tempus) studiis auferunt 12, 1, 6. auferri judici veritatem 12, 1, 36. quibusdam vis omnis aufertur 11, 3, 152.

Aufugio. aufugit 1, 5, 69.

Augeo. I) (*in geometria*) de celeritate augendi (*a. l.* -da) 1, 10, 49. ut aliud crescat, aliud augetur 8, 4, 15. augendis affectibus 9, 2, 26. laude crescit, impetu augetur (*animus*) 1, 2, 30. causas, quas in argumentum sumet, augere 7, 2, 35. augere lacrimarum causas *opp.* minuere 6, Pr. 7. copiam sermonis auget 8, 6, 5. ut augeant crimen 5, 13, 34 vel discutiendi criminis vel augendi 4, 2, 18. augendi criminis gratia *opp.* declinandi 9, 2, 12. augemus crimina, quae ex facili aut diluere possumus aut negare *ib.* 53. si quis eam divisionem per gradus augeat 2, 4, 34. ad augendam eloquentiam 1, 11, 13. 2, 1, 9. adhuc augeri potest orandi facultas 2, 16, 18. ad augendam facultatem dicendi 10, 7, 17. secundos impetus auget placendi cupido 10, 7, 17. hi sonus cum augenda intentione excitandi, cum summittenda sunt temperandi 11, 3, 42. ambitiose a quibusd. numerus augetur 8, 3, 63. augenda oratio *opp.* summittenda, 8, 3, 21. cetera jam non significandi gratia, sed ad ornandam modo, non augendam orationem assumuntur 8, 6, 39 *N. cr.* id cum auget manifestam sententiam, virtus est 9, 3, 46. augere parva (*in dicendo*) 10, 5, 11. augeri debent sententiae et insurgere 9, 4, 23. vires augere eloquentiae Pr. 23. — (*corporis*) 12, 10, 44. *β*) *adj. Ablat.:* id sane doctrina possit augeri 6, 3, 12. nihil aeque vel augetur cura, vel negligentia intercidit 11, 2, 40. et laude crescit, et impetu augetur (*animus*) 1, 2, 30. augentur vocis quoque bona, cura: negligentia minuuntur 11, 3, 19. excolendo augetur (*memoria*) 11, 2, 1. scientia augetur annis 12, 11, 2. quantum eis virium est, contumelia augetur 12, 9, 11; solet ex alio aliud augeri 8, 4, 20. per incrementa augenda vis 10, 6, 3 *N.* II) *in dicendo:* non augeat (*orator*)? 5, 14, 32. pleraque augenda aut minuenda, ut expediet 4, 1, 15. natura est omnibus augendi res

vel minuendi cupiditas insita 8, 6, 75. *cf.* 3, 4, 15. 4, 1, 27. 8, 6, 40. augendo quod est infra, necesse est extollat id, quod supra positum est 8, 4, 9. augendi gratia non tota modo totis, sed etiam partes partibus comparari *ib.* 13. et hoc augendi genus est, tantum aliquid efficere, ut non possit augeri *ib.* 7. virtus ejus (*hyperboles*) ex diverso par augendi atque minuendi 8, 6, 67.

Auguralis. tabernaculum ducis augurale (*a. l.* augustale) 8, 2, 8 *N. cr.*

Augurium. quae responsis vel auguriis futuram claritatem promiserint 3, 7, 11. an de auguriis, responsis, religione denique omni non erit (*oratori*) disserendum 12, 2, 21.

Augustus. habitus triumphalis, quo nihil excogitari potest augustius 11, 1, 3. id amplius atque augustius ratus (*Zeuxis, quod corporis membris plus dedit*) 12, 10, 5.

Aula. aulai 1, 7, 18 *N.* infelicis aulae *Dom. Af.* 9, 3, 79 *N.*

Aula. *i. q. tibia:* aula, quae ter ceciderit 7, 9, 4.

Aura. auram communem haurire 6, Pr. 12. inspirantes ramis arborum aurae 10, 3, 24. velut aura solicitante provecti longius 12 Pr. 2. in quibus aura illa concipitur 11, 3, 16. per quae velut organa meat (*aura*) 11, 3, 16; aura (*a. l.* vita) popularis *opp.* gravitas senatoria 11, 1, 45 *N.*

Auratura. 8, 6, 28 *N.*

Auratus. cum aurata tecta aurea dico 8, 6, 28.

Aureus. aurei (*a. l.* aureei) 1, 7, 16 *N. cr.* aureo plectro 10, 1, 63. Victorias aureas 9, 2, 92 *N.* aurea Phoebe *Virg.* 5, 9, 15.

Aurifex. annulum sibi cudi ab aurifice 9, 2, 61.

Auris. α) *c. Attrib.:* faciles aur. 6, 5, 8. aur. praesertim tam delicatas 3, 1, 3. aur. vacuas atq. ineruditas 10, 1, 32. β) *Nominat.:* quo facilius aures judicum admittant 4, 3, 10. aures optime de illa (*compositione*) judicant 9, 4, 116. *cf.* 61. aures plena sentiunt, et parum expleta desiderant, et fragosis offenduntur, et levibus mulcentur, et contortis excitantur, et stabilia probant, clauda deprehendunt, redundantia ac nimia fastidiunt *ib.* 116. quantum aures recipiant 11, 1, 91. aur. a forensi asperitate respirant 1, 8, 11. quid aur. hominum magis respuunt? 11, 1, 61. γ) *Genit. et Dat.:* an cujuslibet auris est exigere literarum sonos? 1, 4, 7. aurium judicium 9, 4, 118. aur. ligamenta 11, 3, 144. communi voluptate aur. 1, 10, 4. acrior est oculorum quam aur. sensus 11, 2, 34. qui haec non vocibus tantum sibi nota atque nominibus aurium tenus in usum linguae perceperit 12, 2, 17; non animis solum sed etiam aurib. ingratissima 8, 3, 52. qui dandum putant nonnihil etiam temporibus atque aurib. 12, 10, 45. quae oculis vel aurib. incursant 10, 3, 28. ubi quid exquisitius dictum accidit aurib. imperitorum 12, 10, 25. δ) *Accusat.:* aures consulens meas 9, 4, 93. convertit se in aures, et excitat animos (*figura*) 9, 3, 66. consuetas aur. minus ferient 9, 3, 4. *v.* Ferio. vilissimis etiam quibusd. impetrant aures 11, 3, 4. mitigandae sunt prius aur. 12, 1, 14 *N.* aur. movet (*vox*) 11, 3, 14. aur. delectatione mulcendae 12, 10, 52. *v.* Mulceo. aur. pravis voluptatibus permulceat 2, 12, 6 *Z.* aur. defensioni praecluduntur 7, 1, 31. aur. raderet 3, 1, 3. ars renovat aur. 11, 3, 44. quae dicentur, superfluent aur. 2, 5, 13; blandius ad aurem invocabat 4, 2, 124. in aurem alicujus loquuntur 11, 3, 131. paene ad aurem trahuntur labra *ib.* 81. dum aditum sibi ad aures faciat 4, 1, 46. (*oratio*) usque ad aures valet (*a. l.* volet)

8, 3, 62. apud vacuas aur. 10, 1, 32. *e*) *Ablat.:* sensum ac vocem auribus accipere miserorum 6, 1, 26. *v.* Accipio. (*vox*) aurib. dignoscitur 11, 3, 18. vox aurib. sedens *ib*, 40. brachio ab aure protenso *ib*. 119. quod in aure velut quodam vestibulo statim offendit 9, 4, 10.

Aurora. Sole et Aurora rubent plurima *Maecen.* 9, 4, 28.

Aurum. auri fulgor imbellis 10, 1, 30. caelatura, quae auro *etc.* opera efficit 2, 21, 9. alienum aurum 5, 11, 28. est jucunda ac favorabilis qualiscunque eloquentia auri 12, 10, 74.

Auspicatus. auspicatissimum initium 10, 1, 85.

Auspicium. contra auspicia (*lex lata*) 2, 4, 35.

Austeritas. — non sit tristis 2, 2, 5.

Austerus. nec musta in lacu statim austera sint 2, 4, 9. senes austeri ac mites 11, 3, 74. poscitur tum austera (*periodus*), si accuses, tum fusa, si laudes 9, 4, 128 *N.*

Aut. I) *simpliciter positum.* *α*) aut rursus 9, 4, 72. Aut dicant isti mihi, quae sit alia ratio discendi 1, 12, 6. Sed res propriae sunt cujusque causae, aut (*i. q. aut certe*) paucis communes 10, 1, 6. Sit ergo, quod placeat, aut certe sufficiat 10, 4, 4. interim — faciunt, aut certe — confundant (*Z. de conj.* confunduntur) 10, 3, 32 *N.* *cf.* 8, 3, 85. 9, 2, 94. 9, 3, 60. cum de libertate aut etiam de hereditate contendunt 7, 9, 3. aut (*Sp.* eo) etiam proemia sunt in his causis supervacua 4, 2, 80. *cf.* 4, 5, 22. 12, 1, 34. *β*) *interdum mollitur vis exemtiva:* Genus fortasse sint secuti non idem, quod Demosthenes aut Plato 9, 4, 17. ut Cic. pro Cluentio narrat — aut (*Reg. conj.* ac) M. Coelius 6, 3, 39. ne dactylum quidem aut forte spondeum alterum pro altero (*ratio recipit*) 9, 4, 49. quod, quid sit aut (*Sp.* et) quale sit, non potest aestimari 3, 6, 80. ἐγκωμιαστικὸν aut ἐπιδεικτικὸν (*Sp.* et — et) dicunt 3, 4, 12. utinam Tiro, aut (*a. l.* et) alius, quisquis fuit, — parcius indulsissent 6, 3, 5 *N. cr.* stulte *etc.* dicta aut (*a. l.* ac) facta ridentur *ib*. 7. haec plerumque in altercatione aut rogandis testibus requiruntur *ib*. 46. quidquid sententiis aut eloquentiae non nocebit 9, 4, 59. *cf.* 11, 1, 60; *hoc sensu repetitur quoque:* nisi forte —, quae in ornamentum operis ejus accedunt, alius melius elaborasset; aut orator loqui nesciet; aut leviores morbos non poterit curare medicus praestantissimus 2, 3, 6. Quis enim feret puerum, aut adolescentulum, aut etiam ignobilem, si judicet in dicendo 8, 5, 8. Nisi forte prior ille Africanus — inutiliter sibi videtur consuluisse: aut P. Rutilius, vel cum illo genere defensionis est usus, vel cum manere in exilio maluit — nesciebat 11, 1, 12. *v.* Vel. *γ*) *in interrogationibus:* et an et aut conjunctiones sunt: male tamen interroges, hic aut ille sit? 1, 5, 49 *N.* num tamen ille totum in uno diem consumturus est? aut potest esse ulla tam perpetua discendi intentio, quae *etc.*? 1, 2, 11. Num igitur negabitur deformem Pyrrhi pacem caecus ille Appius dicendi viribus diremisse? aut non divina M. Tullii eloquentia — fuit? — Nonne perterritos militum animos frequenter a metu revocat oratio? 2, 16, 7. An vero me non adjuvabit —? Aut — nihil proderit *etc.*? 5, 11, 38. Age, si de morte filii sui dicendum patri fuerit, aut (*Sp. conj.* an) in narrando gratiam illam expositionis quaeret, — aut argumenta diducet in digitos *etc.*? 11, 1, 53 *N.* Utrum, cum Cottam appetisset, aut (*Z. ex Goth.* an) cum ipse sese conaretur occidere, telum ei e manibus ereptum est *Cic.* 5, 10, 69 *N. cr.* II) *sibi vel aliis Conjunctionibus contrapositum:* 10, 1, 6. cum est in

lege aliqua obscuritas, et in ea aut uterque suam interpretationem confirmat, adversarii subvertit: —. Aut cum de altero intellectu certum est, de altero dubium 7, 6, 2 *N.* cum aut ipsos adversarios consulimus —. Aut cum judicibus quasi deliberamus 9, 2, 20. 21 *N. cr.* si aut falsa est, aut parum plena (*finitio*) 7, 3, 23. *cf.* 6, 1, 12. Elevandi ratio est duplex, ut aut veniam quis, aut jactantiam minuat — aut crimen objectum 6, 3, 75 *N.* aut enim partes orationis mutat, aut casus 9, 3, 10. 11, 1, 18; si neque supra modum multae (*figurae*) fuerint, nec ejusdem generis aut junctae, aut frequentes 9, 3, 27. Ne cui vestrum meus aut vultus molestior, aut vox immoderatior aliqua, aut denique jactantior gestus fuisse videatur *Coel.* 11, 1, 51 *N. cr. v.* Ne. Denique. vix aut natura aut ratio queat 10, 7, 9. in voce aut omnino suppressa aut etiam abscisa 8, 3, 85. aut testimoniorum aut etiam judicatorum obtinent locum 12, 4, 2. *cf.* 6, 1, 15. 8, 6, 44 *N. cr. et S.* 11, 1, 64. 67. 11, 2, 48. 11, 3, 120; cum in eosd. casus, aut tempora, aut numeros, aut etiam pedes continuo quis, aut certe nimium frequenter incurrit 9, 1, 11. ex aliqua utilitate aut reip., aut hominum multorum, aut etiam ipsius adversarii, nonnunquam et nostra 7, 4, 9. id aut satis, aut certe uti potuimus, dictum est 10, 1, 4. *cf.* 12, 11, 21. cum aut in aurem alicujus loquuntur, aut cum sodalibus jocantur, aut nonnunquam ad librarios suos respiciunt 11, 3, 131. Dementiae judicia aut propter id, quod factum est, aut propter id, quod adhuc fieri, vel non fieri potest, instituuntur 7, 4, 29. ut aut de nomine, aut scripto et sententia, vel ratiocinatione quaeratur 3, 6, 72. aut res per similitudinem attollimus, aut comparationem, aut signis quasi quibusd., vel translatione 8, 6, 68. 69. aut valetudinis vi, aut intemperantia aegri, aliove quo casu 2, 17, 25. Aut pluribus propositionibus junctis —. Interim per partes dissolvitur 5, 13, 28 *N. v.* Ne-quidem. Neque.

Autem. Et assumtio interim confessa est, ut, Omnes autem volunt beatam vitam vivere 5, 14, 13. *cf. ib.* 26. Oratorem autem instituimus illum perfectum Pr. 9. Verborum autem concinna transgressio a nobis est inter tropos posita 9, 3, 91. vox autem urgenda ultra vires non est 11, 3, 51. Valet autem in altercatione plurimum acumen 6, 4, 12. *cf.* 2, 17, 40. Facimus autem — materiam dicendi nobis *etc.* 5, 13, 42. Potentissima est autem (*Z.* aut. est) in ea qualitas 7, 3, 28. sit modo, unde excidi possit —: erit autem, si *etc.* 2, 4, 7; Sunt qui narrationi propositionem subjungant —. Mihi autem propositio videtur omnis confirmationis initium 4, 4, 1. *cf.* 7, 1, 52. Lex est, quae jubet exheredem esse eum, qui patri proditionis reo non affuerit: tu autem non affuisti 7, 1, 47. nobis autem copia cum judicio paranda est —. Id autem consequemur optima legendo atque audiendo 10, 1, 8. Idem autem de vultu dictum sit 6, 3, 26. qui autem scierit, quo quaeque sint modo dicenda, nisi tamen (*a. l.* tanquam) in procinctu habuerit eloquentiam, velut clausis thesauris incubabit 10, 1, 2; Ut recte autem finiamus 7, 3, 21. *cf.* 10, 3, 15; Non alia est autem ratio pronuntiationis 11, 3, 30. Haec de prooemio, quoties erit ejus usus: non semper autem est 4, 1, 72. Nec accusatorem autem atroci in causa, nec *etc.* feret quisquam 6, 3, 31. Neque gravissimus autem in musica sonus, nec *etc.* orationibus convenit 11, 3, 41; Quamvis autem non tam me vinceret praestandi fiducia Pr. 2. ut ad, cum esset praepositio, *d* literam; cum autem conjunctio, *t* acciperet 1, 7, 5; Quam molli autem articulo tractavit Catonem?

11, 1, 70. Quomodo autem sequester ille impendet laborem? 12, 8, 4. Potest autem satis diligenter accipere, quae tum audiet, cum ei dicenda sunt? 12, 3, 3; intuendum autem et, qui sit, apud quem dicimus 5, 12, 11. Jungit autem et diversos sexus 9, 3, 63. Et hoc autem exemplum et superius *ib.* 50. [*cf. Sp.* 2, 15, 27.] Autem non habuit (*soloecismus*) 1, 5, 39.

Autumo. autumo tragicum (*sic de conj. Z. restituit; Sp.* tolerabile aut.) 8, 3, 26 *S.*

Auxiliator. — litigantium 12, 3, 2.

Auxilium. memoriae maximum aux. 4, 5, 3. cujus nullum erit, si tam tardum fuerit, aux. 10, 4, 4; adductae extrinsecus (*quaestiones*) velut auxilia quaed. 3, 6, 7. haec aux. extrinsecus adhibentur 10, 3, 1. *cf.* 7, 4, 13. assumtis extrinsecus auxiliis 7, 4, 7. ut auxilium obsessis feratur 3, 8, 12. aux., quae a nobis ipsis paranda sunt 10, 3, 1. sibi auxilia ex ipsis sapientiae penetralibus petit 12, Pr. 3. petendumque etiam innocentibus misericordiae aux. 11, 1, 49. aux. in publicum polliceri, quod in praesentissimis quibusque periculis desit 10, 7, 1; quae in auxilium atque ornamentum argumentorum comparantur 5, 8, 2. omnes in auxilium deos invocem 4, Pr. 5; nunc auxiliis, nunc legione pugnabitur 2, 13, 4. in mediis velut aux. nostris posita 4, 2, 102. ipse auxiliator egebit auxilio 12, 3, 2. stant mutuis aux. omnia 3, 4, 16. mutuo aux. sustinentur 5, 12, 4. legis auxilio est usus 6, 5, 9.

Avaritia. 12, 1, 6. — (*animi natura*) 5, 10, 27. — crudelitatis mater *fig.* 9, 3, 89. — parsimoniae nomine lenietur 4, 2, 77.

Avarus. pro avaro parcum 3, 7, 25. tam deest avaro, quod habet, quam quod non habet 8, 5, 6. (*in scholis*) avaros effingimus 6, 2, 17.

Avena. agrestem tenui musam meditaris avena (*versus*) 9, 4, 85 *N.*

Avere. Multum literatus, qui sine aspiratione et producta secunda syllaba salutarit (avere est enim) (*a. l.* avete) 1, 6, 21 *N. cr.*

Aversatio. — tacita 8, 3, 65.

Aversio. — quae a proposita quaestione abducit audientem 9, 2, 39.

Aversor. idem illud vultu aversari, manu repellere 11, 3, 70. aversantes in laevam partem velut propellemus manus *ib.* 113.

Averto. I) *proprie:* α) ne ambulantes avertamur (*a. l.* avertamus) a judicibus 11, 3, 127. nec aversi diu sumus (*in judiciis privatis*) *ib.* ne avertatur a judice sermo 4, 2, 103. β) *Particip.:* aversa pro abversis 12, 10, 32. aversae tectaeque (*manus*) *opp.* adversus ictus *etc.* 9, 1, 20 *N.* acies luminum a prospectu rerum non aversa 11, 2, 10. averso pollice 11, 3, 104. aversis in sinistrum palmis *ib.* 114. aversus a judice sermo (*a. l.* aversio — sermonis), qui dicitur ἀποστροφή 9, 2, 38. 4, 1, 63. 4, 2, 105. ad judicem omni sermone directo, an aliquando averso per aliquam figuram, dicendum sit 2, 13, 5. vere aversa oratio 4, 4, 67 *N.* oratio a judice aversa 9, 1, 16. si ab homine occidendo grassator avertendus sit 12, 1, 39. II) *transl.* α) ne avertat animum discentis 1, 12, 13. ne jejuna traditio averteret animos 3, 1, 3. fides, quam nec gratia avertat 12, 1, 24. cum avertat patronus, (*quod accusator objecerit*) 5, 13, 2. averti intellectus solet, cum ab asperioribus ad leniora deflectitur 6, 3, 87. avertere in alios crimen 11, 1, 65. 7, 2, 10. β) *adj. Praepos.:* (*risus*) animum ab intentione rerum frequenter avertit 6, 3, 1. (*metus*) a potioribus avertat (*impetum*) 9, 4, 35. avertere ab adversario judicem 6, 1, 11. *cf.* 9, 2, 91. — a miseratione *ib.*

20. sic a vero judicem averti ib. 7. dum illa desideramus, ab aliis avertimur 10, 6, 7. saepe avertenda (a. l. adv. a. conv.) ad ipsos oratio 4, 5, 20 N. cr. γ) Partic.: aversis in aliud animis 4; 3, 8. nec tam aversa unquam videbitur ab opere suo providentia 5, 12, 19.

Avia. aviae educanti 6, Pr. 8. — (*Caesaris Augusti*) 12, 6, 1.

Avis. Gallus avem an gentem *etc.* significat 7, 9, 2. avium voces 1, 6, 37. — concentus 5, 9, 16. avium dulcedo ad avium ducit 9, 3, 70. avibus (*Sp. om.*) accommodent curam 1, 12, 7 *S.*

Avius. 9, 3, 70. *v.* Avia.

Avoco. avocent ab intentione operis destinati 10, 3, 23. ex tempore dicentes avocat a cura vocis affectus 11, 3, 25. (*judicem*) multis frequenter avocari cogitationibus 8, 2, 23. in eam (*quaestionem*) judex avocandus (*a. l.* adv.) est 6, 4, 20. a propriis personis atque temporibus avocare controversiam 3, 5, 15. arma avocare (*q. l.* adv.) et velut nutu fallere 9, 1, 20 *N. cr.*

B.

B. syllabae nostrae in B literam innituntur adeo aspere 12, 10, 32. B quoque in locum aliarum dedimus aliquando 1, 4, 15.

Bacchius. — duabus longis brevem sequentibus 9, 4, 82. dochmius, qui sit ex bacchio et iambo *ib.* 97. bacchius (*iambo praeponitur in clausula*) *ib.* 99. — et claudit et sibi jungitur *ib.* 102. *cf.* 101. 105.

Bacchor. genus dicendi, quod inanibus locis bacchatur 12, 10, 73.

Bajulo. ego te bajulare non possum 6, 1, 47.

Balneum. in balneis perpotare 1, 6, 44.

Balteus. ille, qui sub humero dextro ad sinistrum oblique ducitur velut balteus 11, 3, 140 *N.*

Barba. immissa barba 12, 3, 12 *N.* barbamque ante omnia et alia parum existimant decora 5, 12, 18. laetiora *etc.* non conveniant barbae illi (*i. e. philosophis*) atque tristitiae 11, 1, 34.

Barbare. — exclamare 1, 6, 45. — loqui 1, 5, 9.

Barbaria. — quaedam mentis 11, 3, 69.

Barbarismus. barbarismi foeditas 1, 5, 5. Interim vitium, quod fit in singulis verbis, sit barb. *ib.* 6. barbarismum plurimis modis accipimus *ib.* 7. *seqq.* 38. duos in uno nomine fecit barbarismos *ib.* 12.

Barbarus. α) 5, 10, 24. et servi et barbari 2, 11, 7. indocti et barbari et servi 2, 17, 6. rusticis ac barbaris 2, 20, 6 β) surdum quiddam et barbarum (*a. l. adjic.* sonum) efficient 12, 10, 28 *N. cr.* quae barbara, quae impropria *etc.* 1, 8, 13. barbara ab emendatis discernere 1, 6, 30.

Basilica. — Julia 12, 5, 6. subsellia in basilicam transferentur 10, 5, 18.

Beatitas. — et beatitudo *ap.* Cic. 8, 3, 32.

Beatus. beatam vitam vivere 5, 14, 13. vitae honestae beataeque 12, 11, 12. vox b. 11, 3, 40 *N. cr.* sublimem animum et beatiorem spiritum 10, 3, 22. At nescio an eum (*oratorem*) tunc beatissimum credi oporteat fore, cum jam secretus et consecratus, liber invidia, procul contentionibus, famam in tuto collocavit, et sentiet vivus eam,

quae post fata praestari magis solet, venerationem, et, quid ap. post ros futurus sit, videbit 12, 11, 7. beatissima rerum verborumque co 10, 1, 61. immortalis ingenii beatissima ubertate *ib.* 109; beatiss. (lat.) amnes 5, 14, 31.

Belena. 1, 4, 15 *N. et N. cr.*

Bellator. Tydea parvum sed bellatorem fuisse 3, 7, 12.

Belle. quia raro belle respondeant (*verba duos sensus significantia*) 6 48. b. subjicitur pro eo, quod neges, aliud mordacius *ib.* 74. co meliis quoque uti b. datur *ib.* 100.

Bellicosus. bellicosi ac rudes 1, 10, 20. juvenum bellicosorum *l.* bellicorum) 5, 12, 21.

Bellicus. bellici usus 1, 10, 48. b. laudibus 8, 4, 20. Achillis gloria rebus (*sic Amb.* 1, *Sp.* om.) bellicis consequi 12, 11, 27. cum licum est canendum 9, 4, 11. illum (*Thucydidem*) bellicum ca (*a. l.* illius — canorem) 10, 1, 33.

Belligerare. 9, 4, 39.

Bello. (*Caesarem*) eodem modo dixisse, quo bellavit 10, 1, 114.

Bellum. ex duello bellum 1, 4, 15. — malorum causa 5, 1(jus belli *ib.* 113 *seq.* in Marte belli (*vis ostenditur*) 3, 7, 8. pr bellorum deo 3, 7, 5; bellum civile 11, 1, 36. 12, 1, 16. b. civ atque externis 8, 3, 78. b. gravissima 12, 1, 16. — inexpiabilia inexpugnabilia *a.* inextinguibilia *N. cr.*) 2, 16, 2. ingentis belli 6, 3, 88. — maxima 10, 1, 62. an b. longum sit futurum 3, quis bella caneret melius 10, 1, 91. *cf. ib.* 62. — excitentur 2, qui sic gerit (*a. l.* egerit) b. 10, 1, 91 *N. cr.* prius est parare gerere b. 12, 3, 5. patrare bella (*Sp.* —lum) 8, 3, 44 *Gesn.* bone propellit 8, 5, 24; quod bellis magis quam paci assu 11, 1, 88; decenni b. exhaustus 8, 4, 22. bello parta 5, 10, 1 bello *ib.* 42. 12, 1, 28. imminente bello *ib.* 43. quo tempore, an pace? 7, 4, 22. alio bello 9, 2, 85. bello civili 11, 1, 36.

Bene. I) *Posit.:* b. moratas urbes 8, 6, 24. b. admonitos se ab sariis 5, 13, 46. b. affici 11, 3, 62 *N.* contraria b. apprehendu 13, 29. membra b. claudi 9, 4, 67. b. collocatum *ib.* 6. b. comi 8, 3. b. compositum 9, 4, 133. 11, 2, 39. affectus b. concepti 14. *cf.* 9, 4, 133 *N. cr.* nonnunquam quaedam b. et contemn 13, 22. non b. ad latera *etc.* descenderet 9, 4, 23. quae b. dic 13. abunde dixit b. 12, 9, 7. *v.* Dico. quis discet tam b. (12, 8, 4. quaed. b. dissimulantur instrumenta 6, 4, 17. b. en 7, 3, 12. b. facta 12, 1, 41. b. aliquando fieri 4, 1, 70. b. h 9, 2, 26. choreus habebit ante b. creticum 9, 4, 104. membra pere *ib.* 67. b. inveniendi (*scientia*) 7, 3, 12. nisi si potes quam Demosth. jurare 9, 2, 98. ut causam b. noverimus 1 quam b. eum praecedant vel anapaestus vel *etc.* 9, 4, 107. etiam si minus b., praeponi anapaestus *ib.* 98. *cf. ib.* 102. b. tiare 11, 3, 12. b. respondere interrogationibus 5, 7, 28 *N.* omnem b. scriptorum gratiam perdet 11, 2, 46. *v.* Scribo. suscipiat tale causae genus 12, 1, 39. b. sudantes 12, 8, 3. q sarius b. uti potest 5, 13, 30. *v.* Utor. II) *Comparat.:* melius adhibebit 12, 1, 34. quis caneret bella mel. 10, 1, 91 quaque (*parte*) melius dicitur, quam quod aeque bene dici possit 4, 1, 53. discipuli mel. instituti 2, 3, 11. sic mel. prioribus sequentia 10, 3, 6. mel. persuadebit aliis 12, 1,

mel. tacitis cogitationibus reliquisset 6, 1, 44. mel. sonet verbum 8, 3, 16. Graeco mel. usuri 5, 10, 1. *cf.* 1, 8, 18; aliquid tamen aliquo in l. melius alii 10, 2, 24. III) *Superlat.:* ad veritatem Lysippum accessisse optime 12, 10, 9. cludit interim opt. prima pars versus 9, 4, 72. opt. demonstrat 8, 6, 15. opt. dictis 10, 1, 19. quae emissa opt. est (*hasta*) 9, 4, 8. qui in sua quidque arte opt. faciant 1, 12, 9. Jovem Phidias opt. fecit 2, 3, 6. sic opt. finiri 2, 1, 7: res, voces secundum verum opt. finget 6, 2, 30. opt. habebit ante se molosson 9, 4, 102. opt. incipitur a longis, recte aliquando a brevibus *ib.* 92. *cf.* 11, 3, 106. opt. institutum est 1, 8, 5. opt. praecedat eum creticus 9, 4, 97. oratorem opt. praeparant 10, 1, 35. quod opt. scias 12, 11, 6. eum sic opt. norat 12, 10, 57. opt. inter juncturas sermonis revocabitur (*spiritus*) 11, 3, 53. scribi opt. ceris 10, 3, 3. Idque Cic. opt. videt 9, 4, 56. IV) *in Ellipsi:* At (*Sp.* om.) bene Areus (*sc. finit*) 2, 15, 36. Quid? Herculis acta non bene Pisandros? 10, 1, 56; Demosth. melius, qui se in locum *etc.* recondebat 10, 3, 25. aliquid tamen aliquo in loco mel. alii, plurima ille 10, 2, 24. mel. igitur, qui tertiam partem dixerunt δυνατόν 3, 8, 25. Sic mel., quam choreo praecedente 9, 4, 107; optimeque in Verrem Cic. 6, 1, 3. Latro igitur opt. 9, 2, 91. ut opt. Cic. 9, 4, 23.

Benefactum. benefactis gloriam parit 3, 7, 13.

Beneficium. nihil habebimus nisi beneficii alieni 10, 2, 6. beneficio longissimae aetatis 3, 1, 9. — ingenii praestantes 2, 11, 2. — ingenii invenerunt 5, 10, 121. in hoc magnum benef. est, ut 12, 7, 7. accusatori debere benef. 9, 2, 83. in dante benef. *opp.* reddente 7, 4, 23. an reddiderit benef. *opp.* acceperit *ib.* 38. elevare tanti benef. (*oratoris erga reum*) auctoritatem 12, 7, 8. non enim, quia venire hoc benef. non oportet, perire oportet *ib.* 12.

Benevolentia. humanitas, facilitas, moderatio, benev. (*jucundissima in oratore*) 11, 1, 42. benev. judicis 4, 1, 25. ratio acquirendae sibi eorum, ap. quos dicendum sit, benev. 3, 8, 7. benevolentiam aut a personis ducimus, aut a causis accipimus 4, 1, 6. (*concitatos affectus*) ad perturbationem (*mites*) ad benev. praevalere 6, 2, 9. mutua benev. utetur 12, 7, 12. O benev. singularem *Cic.* 9, 2, 51.

Benevolus. — auditor 4, 1, 5. 10, 1, 48. id benevolos facit 3, 7, 24.

Bibo. I) bibere inter agendum 11, 3, 136. (*equitem Rom.*) in theatro bibentem 6, 3, 63 *N.* bibo aquam *ib.* 93 *N.* si potionem bibisset 7, 2, 17. bibisset venenum 8, 5, 31. decet luxuriosum bibendo mori *ib.* 23. fuligo lucubrationum bibenda 11, 3, 23. II) *transl.:* omnem succum ingenii bibunt Pr. 24. justitiae haustus bibat 12, 2, 31.

Bibliotheca. bibliothecas excutimus 10, 1, 104. indicem ex bibl. sumtum transferre in libros suos 10, 1, 57. ut, quibus (*poëtis*) nullus est in bibliothecis locus, sit etiam frequens in theatris 11, 3, 4.

Biclinium. ex nostro et peregrino, ut bicl. 1, 5, 68.

Biduum. per bid. Pr. 7.

Biennium. intra bienn. 1, 12, 9. paulo plus, quam biennium Epist. ad Tryph. 1.

Bini. ne binis praeceptoribus oneretur puer 2, 1, 13. se jam bina millia passuum ambulare 6, 3, 77. si bina (*verba*) binis (*opponuntur*) 9, 3, 81. si binae collidantur (*consonantes*) 9, 4, 37. cum constent quattuor pedes binis (*syllabis*) *ib.* 80.

Bipennis. — s pinna 1, 4, 12. v. Pinna.

Bipes. 5, 10, 61.

Bis. bis de eadem re ne sit actio 7, 6, 4. hoc bis ib. mater, quae mihi b. eodem die vitam dedit 9, 2, 34. semel aut bis 11, 2, 34. An vero ipsi non bis ac saepius de eadem re dicimus? 10, 5, 7.

Blande. blande, leniter, dulciter etc. dicet 12, 10, 71. blandius ad aurem invocabat *Coel.* 4, 2, 124.

Blandior. si aliqua sententia blandiatur 4, 1, 53. quaed. partibus blandiantur, sed in summam non consentiunt 4, 2, 90. facie ingenii blandiuntur (*quaedam inventiunculae*) 8, 5, 22. ne nobis scripta nostra, tanquam recentes foetus, blandiantur 10, 4, 2. in blandiendo lenis et summissa (*vox*) 11, 3, 63.

Blanditia. rerum talium blanditia (*i. e. lectione poëtarum*) 10, 1, 27.

Blandus. tum graves tum blandi esse volumus (*patroni*) 9, 4, 133. qui nimium aut blandi esse aut ridiculi volunt 11, 1, 30. hoc (*vultu*) supplices, hoc minaces, hoc blandi sumus 11, 3, 72. actio ex parte blanda et suadenti similis 7, 4, 27. non solum mite ac placidum, sed plerumque blandum et humanum, et audientibus amabile atque jucundum 6, 2, 13. ille mihi blandissimus (*de filiolo*) 6 Pr. 8.

Bonitas. est consequens sapientiae bonitas 5, 10, 75. praecipue bon., humanitas, misericordia (*periclitantem commendat*) 6, 1, 22. quod ante omnia bonitate commendabitur 6, 2, 13. ex sua bon. (*causis*) faciet fidem *ib.* 18. si mediocribus etiam patronis convenit haec, quae vulgo dicitur, bonitas 12, 1, 24. si bon. (*in librr. Cic.* lenitas) tanta non esset, quam tu per te obtines *Cic.* 8, 3, 85; bonitas soli 2, 19, 2.

Bonum. I) α) *Sing.*: si robur corporibus bonum est 5, 10, 89 *Z. v.* Robur. frugalitas bonum *ib.* 73. virtus b. est 5, 14, 21. summum in voluptate corporis b. ponens 12, 2, 24; in comparatione malorum boni locum obtinet levius 7, 4, 12. ingenium specie boni fallitur 8, 3, 56. aequi bonique tractatus 12, 1, 8. v. Aequus. de honesto ac bono 2, 2, 5. unde tantum boni, ut pluribus, quae recta sunt, placeant? 1, 6, 44. non deserendum (*Sp.* deter.) id bonum, si quod ingenitum est, sed augendum, addendumque, quod cessat 2, 8, 10. β) *Plur.*: mala multi probant, nemo improbat bona 12, 10, 76. ne bona nostra permixtis malis inquinentur 4, 2, 102. quae extra nos bona sunt 3, 7, 13. quae in quoque eorum invenit bona 10, 2, 20. bona vitiis corrupta 3, 7, 19. qui etiam propria his bona adjecerit 10, 2, 28. propria naturae b. 2, 8, 3. spes bonorum *opp.* timor malorum 3, 8, 40. versatur ratio faciendi circa bonorum (*opp.* malorum) adeptionem, incrementum, conservationem, usum 5, 10, 33. cum in bona tua invasero, hoc est, cum te docuero nescire dicere *Cass.* 8, 3, 89. nec in dicendo videtur inter bona utilitas 5, 12, 23; plurium bona ponamus ante oculos 10, 2, 26. quae nihil ex communis habitus bonis perdiderunt 2, 5, 11. eloquentiae bonis male uti Pr. 13. bona ingenii studiique corrumpant Pr. 27. ut bona ingenii studiique, in lucem prolata, situ quodam secreti consumerentur 12, 5, 2. vitiis quorund. bona ejus (*philosophiae*) corrumpentium 12, 2, 9. augentur vocis bona cura, negligentia minuuntur 11, 3, 19. II) *i. q. facultates:* bona paterna 3, 11, 13. an possint bona esse ulla exulis? 7, 1, 57. curationem bonorum 11, 1, 58. tres de bonis contendunt 3, 6, 47. bona

Rabirii uno sestertio addicit 11, 3, 172. ut ad eam bona per hec tacitum fideicommissum pervenirent 9, 2, 74, bona ap. Centumviros repetentes 7, 4, 10.

Bonus. I) *Posit.: α) simpliciter.* a) *Masc.:* proprium est boni recte facere 5, 10, 64. cum bene dicere non possit, nisi bonus (*Sp. adjic.* vir) 2, 15, 34. (*non*) ejusd. hominis (*est*) bonum esse ac malum 12, 1, 4. voluptas nulli audientium bono grata 12, 9, 10; improbant boni 11, 1, 17. neque deerunt unquam, qui diserti esse quam boni malint 12, 1, 33. bonorum atq. sapientium 3, 8, 2. bonorum consensus 1, 6, 45. alii artem, de qua loquimur, bonis demum tribui volunt 2, 15, 1 *N.* aliquando bonis quoque suadentur parum decora: dantur parum bonis consilia 3, 8, 41. bonos nunquam honestus sermo deficiet 12, 1, 30. licentiam malis dari certe contra bonos est 12, 7, 1. quanto validius bonos inhibet pudor quam metus 9, 2, 76. b) *Neutr.:* eo, quod natura bonum est, bene uti licet 2, 10, 3. Venit ex Asia, hoc ipsum quam bonum? (*Z. conjic.* novum) 9, 3, 43 *S.* quare bonum sit, sciat 10, 2, 18. bona facile mutantur in pejus: nunc quando in bonum verteris vitia 1, 1, 5. boni consulere nostrum laborem 6, Pr. 16. non bona esse illa sed vera (*quae dicta erant*) 4, 2, 38. quae vere bona 12, 2, 28. utinam tam bona imitantes dicerent melius, quam mala, pejus dicunt 10, 2, 15. *β) c. Nominib. junctum:* a) b. advocatus 5, 13, 10. b. altercator 6, 3, 10. b. auctorum 10, 1, 74. b. defensor 5, 13, 3. b. civis 12, 11, 1. dux b. 12, 1, 43. b. homines 12, 7, 11. homo non b. 1, 7, 2. b. juvenes (*a. l.* bini) sed nimium amantes mei Pr. 7. *cf.* 6, Pr. 1. 3, 6, 64. b. parens 6, Pr. 4. b. patres 11, 3, 178. b. praeceptor 5, 13, 44. 10, 5, 22. scriptores b. 10, 1, 104. vir bonus Pr. 9. 4, 1, 7. 6, 3, 35. (*a. l.* v. optimus) 5, 12, 9 *N.* bonus vir 2, 16, 19. 2, 17, 31. 6, 1, 7. 10, 5, 13. 11, 1, 42. 12, 11, 11. bon. et comem virum 6, 2, 18. et bon. virum et prudentem 12, 3, 8. *s.* Vir. b) male fecisse nos, sed bono animo 7, 4, 15. literis aut ulli b. arti 12, 1, 7. arte dicendi bona quidem, sed malis artibus simili *ib.* 41. bona (*compositio*) 9, 4, 142. b. conscientia 6, 1, 33. 9, 2, 93. bonam dextram, malam sinistram habere 6, 3, 69. b. fide 10, 3, 23. 10, 7, 1. b. indoles 1, 2, 5. b. mentis 12, 7, 3. *cf.* 12, 1, 42. boni mores 6, 1, 7. bonam quidem, sed parum convenientem sibi (*orationem*) 11, 1, 11. b. pars 12, 11, 19. circumfusi bonis deteriores (*pedes*) 9, 4, 91. b. rei gratia 8, 6, 57. sententia b. 8, 5, 32. 14. b. stomacho 2, 3, 3 *N.* 6, 3, 93. b. valetudo 10, 3, 26. 11, 2, 35. eaque (*verba*) non sua natura sint bona aut mala 10, 2, 13. b. voluntatem 12, 11, 31. bona firmaque vox *opp.* mala et imbecilla 11, 3, 13. II) *Comparat. α) simpliciter:* uter melior, uterve deterior 2, 4, 21. privatis causis quam publicis melior 10, 1, 119. ille concitatis hic remissis affectibus mel. — ille vi, hic voluptate *ib.* 73. ad quem usque modum processerimus, meliores erimus ex utroque 12, 1, 32. etiam illos mel. faciat, qui timebuntur 1, 2, 5. meliores (*i. e. aptiores*) alios puto 9, 4, 111; nihil melius invenire praeteritis 3, 6, 65. neque melius, quod invenimus, esse, neque par 10, 5, 6. si fieri nihil melius licebat 9, 4, 4. obstabit melioribus 12, 1, 13. error ad meliora ducendus *ib.* 26. — Tanto melior (*in affirmando*) 8, 2, 18 *N.* et *Praef. Vol. III. p. XI. β) c. Nominib. junctum.:* melior dux Scipio 5, 10, 48. utri meliores viri 5, 7, 34. causam C. Caesaris mel. 5, 11, 42. 6, 2, 5. susceptam, cum melior videretur, litem 12, 7, 6. mens mel. 10, 1, 115. melior (*a. l.* mollior) fiet (*pes*) 9, 4, 110. ut tristia dica-

Cogo. I) *proprie:* de uno reo consilium cogitur etiam 7, 2, 19 *N.* cum quattuor judicia cogerentur 12, 5, 6 *N.*; quam ex duabus syllabis in unam cogentes 1, 5, 23. quod ex omnibus partibus cogitur 5, 14, 9. II) *transl.:* α) in quam (*necessitatem*) homines coguntur 3, 8, 23. si talis coëgerit ratio 12, 1, 44. *v.* Ratio. valetudo id coëgerat 2, 17, 9. mala (*vox*) et inhibet multa — et aliqua cogit 11, 3, 13. cogi non potest (*voluntas*) 1, 3, 8. cum parvulum verberibus coëgeris *ib.* 15. β) *seq. Inf.* cogit nos intersistere 8, 3, 45. deformia convicia facere ac mereri cogit (*iracundia*) 6, 4, 10. *cf.* 5, 13, 40. 11, 1, 86. 11, 2, 39. 12, 10, 61; coguntur vertere 8, 6, 17. si juris anfractus adire cogetur 12, 9, 3. γ) *seq. Acc. c. Inf.:* judicio suo coget vitiosa placere audientibus 2, 3, 11. ne aliud agere mentem cogerent oculi 10, 3, 25. *cf.* 3, 6, 3. 6, 1, 23. 6, 4, 17. 10, 5, 21. qui hoc se coëgisset (*sc. dicere*) 11, 1, 22 *N. cr.* cum Ceres cogat dici Cereris 1, 6, 14. δ) *Partic.:* dona templi cogenti tyranno dedi 3, 6, 78. fide cogente facere 11, 1, 65; tanquam coactus 6, 3, 68. studii jam tum non coacti 6, Pr. 10. ire in aciem coactus 9, 2, 85. numeri coacti 9, 4, 147. *v.* Arcesso.

Cohaereo. I) *proprie:* alii (*Sp. inser.* in) extremo complexu suorum cohaerentes 8, 3, 68. II) *transl.* α) *simpliciter:* quod si fiat, non cohaeret 12, 9, 17. *cf.* 4, 3, 15. cohaeret omnis rerum copulatio 11, 2, 37. ista naturā sequi et cohaerere 6, 3, 76. aliqua naturaliter sequuntur et cohaerent 4, 2, 53. non fluunt, nec cohaerent, nec verba verbis trahunt 9, 4, 20. si cohaeret et sequitur (*oratio*), non si per vim cnneatur 4, 3, 4. non cohaerent (*initia*), sed ita praecedentibus serviunt, ut exordium sumant cum clausula 9, 4, 63. β) *c. Dat.:* quibus naturā cohaeret 11, 3, 154. quod causae non cohaeret 4, 1, 71. optima rebus cohaerent et cernuntur suo lumine 8, Pr. 21. sine rectore fluitet nec cohaereat sibi oratio 7, Pr. 3. ut id, quod fingemus, personae *etc.* congruat, et, si continget, etiam verae alicui rei cohaereat 4, 2, 89. ita legibus Sullae cohaerere (*a. l.* coërceri) civitatem 11, 1, 85; etiamsi nobis sanguine cohaereant 8, 3, 75. γ) *c. Praeposs.:* cohaerere cum causa 2, 4, 30. quae rebus nihil secum cohaerentibus inseruntur 4, 3, 16; ut inter se cohaereant (*media*) 9, 4, 66. δ) *Partic.:* male cohaerentem cogitationem 10, 6, 6. verborum rei cohaerentium 8, Pr. 26. sensus inter se juncti, atque ita cohaerentes, ne commissura pelluceat 7, 10, 16.

Coheres. habes coheredes 5, 14, 16.

Cohortor. si nosmet ipsos alloquimur cohortantes, objurgantes, miserantes 11, 3, 124. si sit ad proelium miles cohortandus 12, 1, 28.

Coitus. Venerem quam coitum dixisse magis decet 8, 6, 24; *Plur.:* coitus syllabarum 9, 4, 59 *N.*

Colaphus. colaphum tibi ducam 6, 83 *N.*

Collatio. *i. q. comparatio:* παραβολή, quam Cic. collationem vocat

5, 11, 23. *cf. ib.* 1. collatione invicem respondente 8, 3, 77. meritorum, temporis, praemii coll. 7 7, 2.

Collectio. 7, cap. 8. coll., qui apud illum (*Rutilium*) est συλλογισμὸς (*fig.*) 9, 2, 103. quae solet in argumentis esse summa coll. 4, 4, 2.

Collectivus. ratiocinativa seu (*Sp.* atque) collect. quaestio 7, 1, 60 *Z.* συλλογισμὸν, quem accipimus ratiocinativum vel collectivum (*statum*) 3, 6, 46. *cf.* 66.

Collega. 11, 3, 129.

Collido. I) collidere manus 2, 12, 10. si binae (consonantes) collidantur 9, 4, 37. II) (*leges*) casu collidi et eventu 7, 7, 2. Ita res non diversae distantibus ex locis quasi invicem ignotae collidentur, sed aliqua societate cum prioribus ac sequentibus se copulaque tenebunt 7, 10, 17; colliduntur aut pares (*leges*) inter se aut secum ipsae *ib.* 2. 3. non personae inter se colliduntur, sed ipsae res 7, 2, 11. saepe inter se collidi solent, inde testatio hinc testes 5, 7, 32.

Colligo. collegit 11, 3, 35. I) fontes angustis fistulis colliguntur 5, 14, 31. pluvias, ut ait Pindarus, aquas colligit 10, 1, 109. quorum locorum extremae lineae eand. mensuram colligunt 1, 10, 39. colligendus est spiritus 11, 3, 53; (*manus*) deorsum spectantibus digitis colligitur in nos 11, 3, 97. manus per singulos a minimo collecta digitos *ib.* 100; ea collecta scriptores ediderunt 5, 10, 120. omnia colligi non possunt 4, 1, 26. συνοικείωσιν, quae duas res diversas colligit 9, 3, 64. res diversissimas in speciem unius corporis colligentem 4, 1, 77. sparsa colligimus argumenta 5, 7, 18. II) *transl.* α) colligere ac resolvere 12, 2, 10 *N.* colligere ac disponere significantius 3, 6, 65. ut Cic. apertissime colligit Pr. 13. *cf.* 5, 9, 16. connexio — cum aliud colligit, quam id, quod ex prioribus conficitur 5, 14, 22. *cf.* 12, 2, 5 *N.* (*Graeci*) indubitata colligunt *ib.* 32. qui intervalla siderum et mensuras solis ac terrae colligunt 2, 17, 38. probationes (*a. l.* -tione) colligere 12, 10, 52. qui sit circuitus *etc.* colligere 1, 10, 42. in colligendo (*a. l.* elig.) probandoque 10, 1, 84. Cic. Servium Sulpicium occisum ab Antonio colligit 7, 3, 18. β) *adj. Ablat.*: quod pluribus collegit adversarius, satis est semel proponere 5, 13, 14. *cf.* 12, 8, 14. colligere eisd. argumentis 3, 6, 103. quod multis et acutis conclusionibus colligunt 2, 20, 5. in quibus conjectura artificiali ratione colligitur 6, 4, 4 *N. cr.* quae conjectura colliguntur 7, 4, 1. qui (*animus*) factis ab eo dictisque colligitur 6, 3, 37. ratiocinatione, qua colligerent audientes, quantum illud esset *etc.* 8, 4, 20. quod quoniam ratione colligitur 7, 8, 3. quod res omnis signis colligeretur 3, 6, 29 *N.* vera colligunt veris (*syllogismi*) 5, 14, 14. γ) *c. Praeposs.*: si ex alio aliud colligitur 8, 4, 16. et quae fiant, et quae futura sint, ex praeteritis colligantur 7, 2, 3. argumentatio, qua colligi solent ex iis, quae faciunt, ea, quae efficiuntur 5, 10, 80. ex eo, quod manifestum, colligitur, quod dubium est 7, 8, 6. ex initiis summa colligitur et contra 5, 10, 71. singula (*crimina*) ex pluribus colliguntur 4, 4, 5. an venenum fuerit ex argumentis colligetur 7, 2, 18; per quae res colligenda est 4, 2, 81. ratio probationem praestans, qua colligitur aliquid per aliud 5, 10, 11.

Collis. asperi colles 12, 9, 2.

Collocatio. 8, 3, 41. 9, 4, 89. — verba jam probata et electa et velut assignata sibi debet connectere 9, 4, 58. — verborum 1, 10, 22. colloc. in rebus et verbis 8, Pr. 6. rerum ordine quam optimo colloc. 3, 3, 8 *N.* alterum (*genus schematum*) loquendi rationem vocant, alterum

maxime collocatione (*a. l.* colloout.) exquisitum est 9, 8, 2. ambiguitas fit per colloc. 7, 9, 6. collocationis modulatio 1, 10, 25.

Colloco. *α*) haec in conspectu collocaveram 7, 1, 4. cum jam famam in tuto collocarit 12, 11, 17. disponendis eis collocandisque (*saxis ad aedificandum*) 7, Pr. 1, neque fusis omnibus membris statua sit, nisi collocetur *ib.* 2 *Z.* *β*) *in dicendo:* fortius quid (*Sp.* quod) incompositum potest esse, quam vinctum et bene collocatum? 9, 4, 6. male collocatum κακοσύνθετον vocant 8, 3, 59. propositionum ordine collocata (*Sp.* collata) enumeratio 4, 5, 1 *Z.* neque Asiani res non collocaverunt 8, Pr. 17. ut emendata, ut collocata, ut figurata (*sint verba*) 8, 1, 1. ut apte collocentur (*verba*) 8, Pr. 26, 31. prout opportune proprieque, aut secus collocata sunt (*verba*) 10, 2, 13. et propriis verbis et ordine collocatis 9, 1, 7. non modo, ut sint ordine collocati (*sensus*), sed ut inter se juncti *etc.* 7, 10, 16. in nominibus ex diverso sua gratia collocatis 9, 3, 86; artem collocandi 8, Pr. 28. eligendi et collocandi rationem 10, 1, 4. *cf.* 10, 4, 5. id collocandi genus 9, 4, 1 *N.*

Colloquium. (*Cic.*) praecipit, ut habeat narratio colloquia 4, 2, 107.

Colluctatio. — cum verbis suis 11, 3, 56.

Collum. — amplexu petebat *Coel.* 4, 2, 124. — et contrahitur et tenditur 11, 3, 82; nec collos mihi Calvus persuaserit 1, 6, 42.

Colo. *α*) ne arva simul, et vineta, et oleum, et arbusta colant 1, 12, 7; *transl.:* sacra literarum colentes 10, 1, 92. Solis, qui colitur juxta aedem Quirini 1, 7, 12. quem adolescentulus senem colui 5, 7, 7. semper domum tuam colui 6, 3, 94. *β*) *Partic.:* culta terra *opp.* neglecta 5, 11, 24. fundum cultiorem 8, 3, 8.

Colon. — Anacreontion 9, 4, 78.

Color. I) *proprie:* nec lanarum colores elui possunt 1, 1, 5. coloris modos (*Sp.* col. distantiam) 7, 10, 10 *S.* ipsa coloris inaequalitate 12, 9, 17. nec res ulla dat alteri colorem, quem non ipsa habeat 6, 2, 28 *N.* colorem mutare (*a. l.* colore mutari) 12, 5, 4 *N. cr.* colorem trahere naturale est 12, 10, 44 *N.* colorib. alia eminentiora, alia reductiora fecerunt 11, 3, 46 *N.* quorum (*pictorum*) simplex col. 12, 10, 3. qui colorem fuco mentiantur 2, 15, 25. II) *transl.* *α*) id (*h. e. falsa expositio*) interim ad solam verecundiam pertinet, unde etiam mihi videtur dici Color 4, 2, 88 *N. et S.* tum omnes colores: aspere, an leniter, an etiam summisse loqui expediat? 6, 5, 5. *cf.* 12, 1, 33. colores et sententias sensus esse 9, 1, 18. *v.* Sententia. aliquis extemporalis col. 10, 6, 5 *N. cr.* est tota (ὁμοιολογία) coloris unius 8, 3, 52; dandus illis deformibus col. 3, 8, 44 *N.* multa magis quam multorum lectione formanda mens et ducendus color 10, 1, 59. ille parasitus habebit quidem colorem, quo dicat 4, 2, 95. sola colorem habet poenitentia 11, 1, 81 *N.* fuco ementitum col. 8, 3, 6. *v.* Ementior. illum exuant mentitum col. 12, 10, 76. ne color extra themata quaereretur 4, 2, 91; non suo colore nitidi 2, 5, 12. molliendа est alio col. asperitas orationis 11, 1, 85. accidit, ut eod. col. utraque pars utatur 4, 2, 97. *β*) toto col. actionis 11, 1, 58. in toto col. dicendi 6, 3, 107. color dicendi maculis conspergitur 8, 5, 28. cuique eorum, quae dicet, colori accommodare actum 2, 12, 10. Non unus col. prooemii, narrationis, argumentorum, egressionis, perorationis servabitur 12, 10, 71. col. narrationis 3, 6, 92. colorem (*a. l.* cal.) et gravitatem orationis 10, 1, 116. ut scriptorum colorem, etiam quae subito effusa sint, reddant 10, 7, 7. totus col. orationis 6, 3, 110.

necessarium periclitanti solicitudinis col. 11, 1, 49. somniorum et superstitionum colores 4, 2, 94 *N.*; figuras colorum (*Celsi*) 9, 1, 18. gratiam simplicis atque inaffectati col. 9, 4, 17. quod coloris loco dicit 7, 1, 53 *N.*

Coloro. sol colorat 5, 10, 81. qui est coloratus *ib.* corpora colorata 8, Pr. 19.

[**Coludumo.** In Graecis obelisco, col. etc. dure etiam jungere vetamur (*sic edd.*; *Codd. optt.* in Gr. obidius ocoluditu ino bono eo dure etiam jungear, *unde efficere conatus sum:* in Gr. ὀπίσθιος ἀκόλουθος s. ὄπισθεν ἀκολουθητικὸς non bene ac dure etiam jungemus) 8, 6, 33 *N. cr. et S.* (*locus corrupt.*).]

Columna. — rostrata 1, 7, 12 *N.* Scauri columnas 5, 13, 40. Albanas col. *Cic.* 5, 13, 40 *N. v.* Consul.

Coma. comam in gradus frangere 1, 6, 44. inustas com. acu comentibus 2, 5, 12. comas excutientem rotare fanaticum est 11, 3, 71. ut ita sudario frontem siccari juberet (*Plinius*), ne comae turbarentur, quas componi post paulum — vetuit 11, 3, 148.

Comedo. non comedi panem 6, 3, 93 *N.* hodie te istic muscae comedissent 11, 3, 129. patrimonium comedisset 6, 3, 74.

Comes. Nec procedat ultra, quam comes possit 2, 3, 7; grammatice — dulcis secretorum c. 1, 4, 5; cum, si comitem significat 1, 7, 5.

Comicus. α) *Adject.:* auctores com. 2, 10, 13. comicus magis quam oratorius gestus 11, 3, 125. ad com. morem 1, 8, 3. persona com. 11, 3, 79. com. senarius 9, 4, 140. β) *Subst.:* apud tragicos comicosque 11, 1, 38. ap. veteres tragicos comicosque 9, 3, 14. liberrimum hominum genus comici veteres 12, 2, 22 N. *cf.* 1, 7, 22. habent alii quoque comici quaed., quae possis decerpere 10, 1, 72. Socrati objiciunt comici, docere eum, quomodo pejorem causam meliorem faciat 2, 16, 3 *N. cf.* 12, 10, 24.

Comis. bonum et com. virum 6, 2, 18.

Comissator. ille in pestilentia comiss. (*a. l.* comess.) 3, 6, 26 *N.*

Comissor. ebriorum aut comissantium licentiae (*a. l.* comess. *a.* commens.) 11, 3, 57 *N. cr.*

Comitatus. — assiduus 1, 2, 5. — Clodii ac Milonis 7, 2, 45.

Comiter. dicet amare, com. *etc.* 12, 10, 71.

Comitor. bene comitati per forum reducuntur 12, 8, 3. quando comitetur semper artem decor 9, 4, 7.

Comma. commata sotadeorum 1, 8, 6 *N.*

Commeatus. I) miles ad commeatus diem non affuit 7, 4, 14 *N.* II) *de frumento:* propter petendos commeatus 7, 10, 13. prospicere commeatus 12, 3, 5. venisse commeatus, qui afferantur (*translatio*) 8, 6, 26 *N.*

Commemoratio. illorum, quae egerat in senatu, frequens comm. 11, 1, 18. rei gestae aut ut gestae comm. 5, 11, 6.

Commemoro. quid ego commemorem Xenophontis illam jucunditatem *etc.?* 10, 1, 82.

Commendatio. *fig.* 9, 1, 31. 9, 2, 3. quaed. in his comm. tacita 4, 1, 8. quidam commend. atque excusationem propria hujus officii (*i. e.* ἤθους) putaverunt 6, 2, 11. ubi solicitudine, commend., miseratione res eget 9, 4, 128; plurimum ad commendationem facit 9, 1, 21. ad commend. plurimum prosunt (*a. l.* possunt) 9, 2, 59. ad-

commend. et ad invidiam valent 5, 10, 41. qui aliquid finitae probationi, velut commendationem, adjicit 4, 3, 17. commendatione animi 4, 2, 113. — morum 11, 3, 154. — vetustatis 9, 3, 14.

Commendo. non dicentem commendat (*bona sententia*)? 8, 5, 32. multos atque honestos (*testes*) commendare aliquanto est facilius. Verum interim et singulos, ut exornare, ita destruere contingit 5, 7, 24. quaed. et sententiis parva, et elocutione modica virtus haec sola (*i. e. compositio*) commendat 9, 4, 13. affectus nemo historicorum commendavit magis 10, 1, 101. quae actio commendaret 8, Pr. 6. periclitantem commendat dignitas et studia fortia *etc.* 6, 1, 21. hoc oratio recta, illud figura declinata comm. 10, 5, 8; misericordiam commendabo judici 5, 11, 38; aliquid commendantium personis dabit 12, 7, 5; cultu atque ornatu se quoque commendat ipse, qui dicit 8, 3, 2; commendatur infirmitas (*litigatoris*) 4, 1, 13. *v.* Allego. Simonides sermone proprio et jucunditate quad. commendari potest 10, 1, 64. quod ante omnia bonitate commendabitur 6, 2, 13. ipsa oblivione curae hujus commendari 11, 3, 148. mediocrem orationem, commendatam viribus actionis *opp.* optimam ead. illa destitutam *ib.* 5. [oratoria urbanitas rara, nec ex parte propria, sed ad hanc consuetudinem (*i. e. conviciorum*) commendata (*Z. ex vet. conj.* accommodata) 6, 3, 14 *N.*]

Commentariolus. profitentium commentariolis vulgata 1, 5, 7.

Commentarius. earum (*orationum*) breviores comment., quam legalis materiae facere 3, 8, 58 *N.* commentarii grammaticorum 1, 8, 19. — puerorum, in quos ea, quae aliis declamantibus laudata sunt, regerunt 2, 11, 7. — pontificum 8, 2, 12 *N.* — rhetorum 3, 8, 67 *N.* feruntur aliorum quoque, et inventi forte (*comm.*), ut eos dicturus quisque composuerat, et in libros digesti; ut causarum, quae sunt actae a Ser. Sulpicio: sed hi — commentarii ita sunt exacti, ut in memoriam posteritatis videantur esse compositi 10, 7, 30. velut regestae in hos commentarios, quos adolescens deduxerat, scholae 3, 6, 59 *N.* Illud, quod Laenas praecipit, displicet mihi; vel in his, quae scripserimus, velut summas in commentarium et capita conferre (*sic Wolffium maxime secutus legendum censeo; Sp.* displ. m., quae scr. in summas sive commentarios, et cap. conf.) 10, 7, 32. *cf. Z. Fr. H.*

Commentatio. enthymema (quod nos commentum sane aut commentationem interpretemur, quia aliter non possumus, Graeco melius usuri) 5, 10, 1.

Commentor. crebro digitorum labiorumque motu commentari 11, 3, 160.

Commentum. ἐνθύμημα, quod comm. vocat *fig. ap. Visell.* 9, 2, 107. *v.* Commentatio.

Commilitium. qui erat usus commilitio Thessalorum (*Alexander*) 5, 10, 111.

Commilito. Heus commil. 6, 3, 90. *cf. ib.* 95 *N.*

Comminatio. *fig. Cic.* 9, 1, 33.

Comminiscor. tantum scelus (*eum*) esse commentum 5, 13, 30.

Comminuo. his (*cavillationibus*) ingenia concidi et comminui 1, 7, 33. nec ego comminui (*Sp.* consumi) studentem in his artibus volo 1, 12, 14 *S.*

Commisceo. materiae ex utroque genere commixtae 3, 8, 55. illud commixtum (*allegoriae genus*) 8, 6, 48.

Commiseratio. salibus et commiseratione, qui duo plurimum affectus valent (*a. l.* quae — in affectibus), vincimus 10, 1, 107.

Commiseror. cum commiserandum sit 11, 3, 58.

Commissura. commissuris, ut in opere male juncto, hiantibus 12, 9, 17. plerique ex commissuris vel divisione (*verborum*) fiunt pedes 9, 4, 90. consonantes in commissura verborum rixantur *ib.* 37. sensus ita cohaerentes, ne commissura pelluceat 7, 10, 16.

Committo. I) nisi illas (*res*) dispositio in ordinem digestas atque inter se commissas devinxerint 7, Pr. 1. commissis inter se duobus verbis 9, 4, 33. *cf.* 9, 3, 19. vel dure inter se commissa potiora sunt inutilibus (*verbis*) 9, 4, 58. quae (*vocales*) easd. inter se literas committunt *ib.* 33. vermiculate inter se (*corr. Reg.; Codd.* in se) lexis committet *Lucil. ib.* 113. II) *i. q. trado:* non ante conciliato ejus (*judicis*) animo nuda quaestionum committetur asperitas? 4, 1, 25. ex dubiis partim nobis ipsis ad electionem sunt libera — partim aliorum sententiae commissa 3, 4, 8. nec cubiculis modo aut exedris *etc.* per ordinem committunt sensum 11, 2, 20. III) *verbum peccandi: α*) nec eum, qui aliquando peccaverit, utique commisisse omnia 7, 2, 30. *cf.* 5, 15, 44. lege de sicariis commisit 7, 1, 9 *N.* adulterium non commisi 7, 2, 11. *cf.* 7, 3, 1. qui caedem telo quocunque commiserint 10, 1, 12. *cf.* 5, 12, 3. num prudens caedem commiserit 7, 4, 43. incestum cum filio commissum 5, 10, 19. an parricidium commiserit Roscius? 7, 2, 2. sacrilegium commissum (*esse*) *ib.* 18. *β*) an commissa sit poena? an exigi debeat? 7, 4, 20; (*adversarii*) saepe discrimen omne committunt 6, 4, 17. *γ*) committendum nunquam est, ut adversariorum dicta cum sua confirmatione referamus 5, 13, 27. *cf.* 1, 10, 30.

Commode. qui ridicule commodeque dicit 6, 3, 105. comm. fingimus 9, 2, 33. comm. inseri 9, 4, 145. versus comm. positi 6, 3, 96; cum aliquid commodius elimaverint 2, 7, 5 *N.* haec commodius in rebus quam in nominibus respondent 6, 3, 54; cui commodiss. subjungitur 9, 3, 82. *cf.* 4, 1, 76.

Commodo. aurum se Coelio commodasse 5, 13, 30. commodare (*penulam*) 6, 3, 64; praeceptorem — ita se commodaturum singulis 2, 8, 4.

Commodum. — alienum — suum 11, 1, 75. sit incommodum, mox illud comparabimus commodis 1, 2, 15. incommoda vitantis melior quam commoda petentis est causa 7, 4, 10.

Commodus. commoda, ut quisque locus postulabit, pronuntiandi ratio 10, 1, 17. commodioris valetudinis 6, 3, 77. dividere haec officia, commodissimum 6, 1, 9.

Commoneo. amice aliquid commonemus 6, 1, 50. horum utcunque locus commonet 11, 2, 24 *N.* quarum recordatio commoneat et quasi excitet memoriam 11, 2, 28. grammaticos officii sui commonemus 1, 5, 7. ut offensatione illa commoneretur 11, 3, 130; qui, ut ordini rerum animum intendat, etiam commonendus est 4, 1, 78. translatus annulus commoneat, cur id fecerimus 11, 2, 30.

Commonitio. erit non inutilis in extrema parte (*narrationis*) commonitio 4, 2, 51. sit haec comm. judicis (*al l. om.* jud.), quo se ad quaestionem acrius intendat 4, 4, 9.

Commoratio. *fig. Cic.* 9, 1, 27. 9, 2, 4.

Commoror. Fortasse supervacuum fuerit hic commorari (*Camp.* commemorari) 4, 2, 22. in eo vitio, quod vitandum dicimus, commorantes 8, 3, 46. in componenda toga — paulum commorandum (*a. l. inser.* est) 11, 3, 156. cum singulis paene syllabis commorandi (*a. l.* commoriendi) 8, Pr. 31 *N. cr.*; in una re haereat in eademque commoretur sententia (*sic Amb.* 1; *Sp.* et haer. in ead. commoreturque *s. Cic. Or.* 39.) 9, 1, 41.

Commotio. His (*argumentis*) adjiciunt quidam commotionem; hanc accipi volunt temporarium animi motum, sicut iram, pavorem 5, 10, 28.

Commoveo. affectus commovendi 4, Pr. 6. 5, 8, 3. affectus vehementer commotos *opp.* lenes 6, 2, 9. commovere miserationem 6, 1, 46. 10, 1, 64; non magnopere commovebitur, si quis ab eo consultus dissentiet 12, 3, 8. commotus ab oratore judex 6, 2, 7. nihil vultu commotos 6, 1, 38. commovendos esse ducendosque animos imperitorum 12, 10, 50. tunc est commovendum theatrum 6, 1, 52; affectibus commovere 9, 4, 4. publica vice commoveri 11, 1, 42. *cf.* 4, 2, 115. cujus atrocitate judex erat commovendus 6, 1, 32. commotus docta voce 2, 16, 9. quo generosior celsiorque est (*animus*), hoc majoribus velut organis commovetur 1, 2, 30.

Communicatio. *fig. ap. Cic.* 9, 1, 30. *cf.* 9, 2, 20 *N.* per communicationem fieri (*a. l.* commutat.) 9, 2, 23.

Communico. nonnunquam communicantes aliquid inexpectatum subjungimus 9, 2, 22.

Communio. simplicitas, quae — tantum communit occultius (*numeros*) 9, 4, 31.

Communis. *α*) *simpliciter:* a) quo et adversarius uti potest, commune appellatur 4, 1, 71. rerum vitia sunt stultum, commune, contrarium, supervacuum 8, 3, 57. translatione a communi ad proprium 8, 5, 6. praeter hoc, quod est commune, quaed. causae propriam moderationem desiderant 11, 1, 58. habet omnis eloquentia aliquid comm. 10, 2, 22. Quid enim tam comm., quam interrogare? 9, 2, 6. *cf.* 2, 4, 37. illud quidem commune, apud alium nos judicem disputaturos de illius sententia non fuisse 11, 1, 77; quae sunt communia 2, 4, 28. *cf.* 3, 4, 15. neque contraria, communia, stulta invenisse dicitur quisquam 3, 3, 5 *N.* comm. bene apprehenduntur 5, 13, 29 *N.* alia non minus comm. ac nota 2, 11, 5. singula levia sunt et comm. 5, 12, 5 *N.* ut contraria vitemus et comm. 6, 5, 2. ut a communib. ad propria veniamus 7, 1, 28. non tam procul recedendum a propriis atq. communib. 12, 10, 42. b) *adj. Dat. aut Genit.:* quod commune est omnibus 3, 6, 1. parti utrique commune 4, 1, 16. 6, 1, 11. illud ediscendo scribendoque comm. est 11, 2, 35. comm. haec pluribus causis 5, 7, 34. *cf.* 12, 1, 45; aut commune prudentium est, aut proprium oratoris 12, 3, 7. c) *adj. Praepos.:* quid in literis proprium, quid comm. 1, 4, 12. quaed. in omni genere comm. 5, 8, 4. aliquid inter ipsos (*Atticos*) comm. 12, 10, 20. quod commune cum alio est, desinet esse proprium 7, 3, 24. apte dicere — est cum inventione commune 11, 1, 7. d) in commune de jure omni disputandum 7, 1, 49. in comm. laborare 5, 11, 24. in comm. profutura 6, 1, 7. *β*) *c. Nominib. junct.:* a) comm. appellatio 3, 6, 41. — aura 6, Pr. 12. — loquendi consuetudo 11, 1, 12. 12, 2, 19. — filia 3, 11, 6. num forte supervacua — an ambigua, an contraria, an comm. finitio sit 7, 3, 20. gestus

ille maxime comm. 11, 3, 92. comm. habitus 2, 5, 11. — intellectus 2, 16, 19. 3, 8, 2. 9, 1, 12. comm. omnium intellectus 5, 10, 18. comm. omnium legem 7, 1, 47. comm. locos 2, 1, 9. *v.* Locus. comm. loquendi morem 8, 2, 17. nomen esse commune (*a. l.* nomine e. communia) 9, 1, 7. comm. officio 12, 11, 5. 12, 9, 11. comm. opinione 5, 10, 12. praecepta comm. 2, 5, 15. 11, 3, 180. propositione comm. 4, 4, 8. propria rerum, non communi, qualitate 2, 4, 40. cujus quidem duplex forma est, sed ratio comm. in partem 6, 3, 46. remota a communi et primum se offerente ratione 9, 1, 4. *cf.* 5, 8, 16. *v.* Ratio. comm. remedium 11, 1, 87. comm. rem. *Cato.* 9, 2, 21. sensum, qui dicitur comm. 1, 2, 20 *N.* comm. sermo 2, 10, 13. comm. (*syllabae*) 9, 4, 84 *N.* communi tractatu locorum 12, 8, 2 *N. cr.* usu comm. 9, 1, 25. comm. utilitas 2, 17, 36. 12, 1, 37. 41. planiora et communia magis verba 8, 2, 24. comm. voluptas 1, 10, 4. b) *adj. Dat.:* argumentum comm. pluribus pro proprio 5, 13, 34 *N.* genera duobus omnibusve comm. 1, 4, 23. verborum proprietas ac differentia omnibus, qui sermonem curae habent, debet esse communis Pr. 16. (*motus*) noti et comm. omnibus 11, 3, 71. res propriae sunt cujusque causae aut paucis comm. 10, 1, 16. illis comm. remedium 11, 1, 72. pars accusationis patrono et accusatori ex aequo comm. 6, 1, 8 *N.* γ) *adj. Praepos. cum:* communis c. aliis finis *opp.* proprius 2, 5, 11. *cf.* 5, 10, 56. inventio c. imperitis comm. 8, 3, 2. probationes c. alia lite nulla comm. 5, 10, 103. comm. minime c. aliis quaestiones 5, 10, 110. ciborum qualitas c. coquorum ei (*medicinae*) sit arte comm. 2, 21, 11. virtus, quae non sit c. hac dicendi meditatione comm. 2, 10, 2. *cf.* 4, 2, 63.

Communiter. Objicitur (*Sp.* adjic.) comm. a duobus 3, 6, 102. figura, quam non comm. sed proprie nominamus 9, 1, 23. comm. et phonascis et oratoribus necessaria exercitatio 11, 3, 22.

Commutabilis. quod adversarius in suam utilitatem deflectere potest, commutabile (*vocatur*) 4, 1, 71.

Commutatio. — ordinis 9, 1, 6.

Como. I) inustas comas acu comentib. 2, 5, 12. corpora — si quis volsa atque fucata muliebriter comat 8, Pr. 19. caput — in gradus atque annulos comtum 12, 10, 47. II) Isocrates in diverso genere dicendi nitidus et comtus 10, 1, 79. non quia comi expolirique non debeat (*oratio*) 8, 3, 42.

Comoedia. illud (ἦθος) comoediae, hoc (πάθος) tragoediae simile 6, 2, 20. com. antiqua 10, 1, 65. veteres comoediae 6, 1, 52. comoediar. actores 3, 8, 51. *v.* Actor. Roscius — comoedias egit 11, 3, 111. veteris com. scriptores 10, 1, 9. de Pericle veteris com. testimonium *ib.* 82. Nec com. in cothurnos assurgit 10, 2, 22. *v.* Assurgo. argumentum, quod comoediae fingunt 2, 4, 2. com., quae plurimum conferre ad eloquentiam potest 1, 8, 7. in comoediis elegantia et quidam velut ἀστεϊσμὸς inveniri potest *ib.* 8. quidam ductus rei credibilis, qualis in comoediis etiam et in mimis 4, 2, 53. in comoediis (*personas discerni*) 11, 3, 74. in comoedia maxime claudicamus 10, 1, 99. in comoediis non contendimus (*cum Graecis*) 12, 10, 38.

Comoedus. comoedi pessime faciunt, qui, etiamsi juvenem agant — tremula vel effeminata voce pronuntiant 11, 3, 91. vidi saepe comoedos atque histriones — flentes adhuc egredi 6, 2, 35. dandum aliquid comoedo quoque (*in institutione oratoris*) 1, 11, 1. a comoedis ne gestus

quid. omnis se motus petendus *ib.* 3. non comoedum esse, sed oratorem volo 11, 3, 181. non com. in pronuntiando facio 1, 12, 14.

Comparatio. — in nominibus aut genus deprehendit, aut declinationem 1, 6, 5. — vera *ib.* 9. Comparatio est, cum dico fecisse quid hominem, ut leonem; translatio, cum dico de homine, leo est 8, 6, 9. translatio et comp. (*status*) 3, 6, 23 *N.* *cf.* 53. fere omnis suasoria nihil est aliud, quam comp. 3, 8, 34. ipsa comp. non una via ducitur 7, 2, 22. comparationem figuram non esse, cum sit interim probationis, interim causae genus 9, 2, 100. illa exercitatio comparationis, uter melior, uterve deterior? 2, 4, 21 *N.*; per comparationem 8, 4, 9. 8, 5, 5. 8, 6, 68. per comparationes et superlationes 1, 5, 45; fit et comparatione (*interrogatio per figuram*) 9, 2, 16. cum aliqua comparatione clarescit (*sententia*) 8, 5, 19. constare amplificationem incremento, comparatione *etc.* 8, 4, 3. evanescunt haec atq. emoriuntur comparatione meliorum 12, 10, 75; clarissima in materia simili (*a. l.* similitudinis) comp. est 10, 1, 51; alii loci ad comp. singulorum argumentorum faciunt 5, 13, 57. personarum, causarum comp. 7, 2, 10. in comp. malorum 7, 4, 12. *cf.* 8, 4, 12. comparatione parium, majorum, minorum similis materia (*risus movendi*) praebetur 6, 3, 66. ex personarum comp. — argumenta ducentur 4, 2, 99. theses, quae sumuntur ex rerum comp. 2, 4, 24. infinita est rerum comp. 5, 10, 91. comp. similium 1, 6, 4.

Comparativus. 3, 6, 90. genus causae aut simplex aut comparat.; illic quid aequum, hic, quid aequius aut aequissimum sit, excutitur 7, 4, 3. ἀντίθετος Graece nominatur *ib.* 12. *cf.* 3, 6, 51. 75. 3, 10, 3; utimur vulgo et comparativis pro absolutis —: duo inter se comparativa committimus 9, 3, 19. *v.* Appositum.

Comparo. I) *i. q.* *apparo:* *α*) copiam sermonis optimi comparemus 10, 7, 7; latroni comparamus arma 12, 1, 1. Africano gloria aemulos comparavit 9, 3; 56. qui copiosam sibi verborum supellectilem compararit 8, Pr. 28; comparata tantis laboribus vis dicendi 1, 2, 31; cum prooemium iccirco comparatum sit, ut *etc.* 4, 2, 24. *β*) *alicui fini:* auditoriis se, non judiciis compararat 10, 1, 79. genus ostentationi comparatum 10, 1, 28; ad quod nos efficiendum comparemus 10, 2, 14. lex — ad religionem deum comparata 2, 4, 34; qui telum in tutelam sui — in perniciem alterius compararit 3, 2, 2. si in ostentationem comparetur declamatio 2, 10, 10. cetera in auxilium atq. ornamentum argumentorum comparantur 5, 8, 2. libri neque editi a me, neque in hoc comparati Pr. 7; quae non praesentis gratia litis sunt comparata 2, 7, 4. II) *i. q.* *compono:* *α*) Aut totam causam nostram cum tota adversarii causa componimus, aut singula argumenta cum singulis: — ut Cic. singula pro Vareno comparat in primo crimine 7, 2, 22. *v.* Allego. *extr.* si optio tyrannicidae et viri fortis comparentur 7, 7, 2. ratio plura perpendens et comparans 6, 5, 3. comparandi anxietas 8, Pr. 29. comparantes acuto tenore concludunt 1, 5, 26. *β*) *adj. Dat.:* metaphora rei comparatur, quam volumus exprimere 8, 6, 8. non tota modo totis, sed etiam partes partibus comparari 8, 4, 13. si antiquum sermonem nostro comparemus 9, 3, 1. Varii Thyestes cuilibet Graecarum comparari potest 10, 1, 98. Sit incommodum, mox illud comparabimus (*fere i. q.* *compensabimus*) commodis 1, 2, 15; quem (*Periclem*) fulminibus et coelesti fragori comparant 12, 10, 24. *cf.* 65. ut eum Demostheni hoc tempore comparem 10, 1, 105. *cf.* 8, 4, 14. necesse est nimium tribuat sibi, qui se nemini comparat 1, 2, 18. *Partic.:* placent haec annis compa-

rata 1, 3, 5. cui comparata haec viderentur humana atq. usitata 8, 4, 20. aetate tam puellari, praesertim meae comparata 6; Pr. 5. quam miser casus Andromachae, si comparata ei felix Polyxena 6, 2, 22; (*Platonem*) plerumque vatibus comparandum 12, 10, 24. *cf.* 2, 20, 4. dicendo (*a. l.* in dic.) ac respondendo cuilibet eorum comparandus 10, 1, 68. *γ) c. Praepos.:* cum persona alieni cum persona matris temere comparetur 7, 2, 22. pestem intestinam propulsare cum propugnatoribus patriae comparandum 12, 7, 3; alias (*leges*) inter se comparamus 3, 6, 87. nec tantum inutilibus comparantur utilia, sed inter se quoque ipsa 3, 8, 33.

Compasco. quod compascuum est, compascere licere *Cic.* 5, 10, 85 *N.*

Compascuus. *v.* Compasco.

Compello. qui tyrannum in mortem compulit 7, 3, 7. ut judicem non in (*a. l.* ad) id tantum compellat, in quod ipsa rei natura ducetur 6, 2, 24. cum in accusatione concitandus est judex, aut aliqua indignatione compellendus 9, 4, 138.

Compendium. I) — durum aridumque 4, 2, 46. compendio ducti 2, 13, 16. II) syllabis nullum comp. est 1, 1, 30. brevia docendi comp. *ib.* 24. nisi plerique — dum ostentare discipulos circa speciosiora malunt, compendio morarentur 1, 4, 22.

Compenso. reprehendens, alia laude compenses 11, 1, 87 *N.*

Comperio. *α*) an ab ipso id genus exercitationis sit inventum, parum comperi 2, 4, 42; *seq. Acc. c. Inf.:* ex Pediano comperi 1, 7, 24. *cf.* 1, 5, 22. exitu comperit 11, 2, 12; cum satis sit, modico tempore imaginem veri discriminis et dicendi leges comperisse (*Buttm. conj.* combibisse) 12, 11, 15 *N.* *β*) *Pass.:* Didymo accidisse compertum est 1, 8, 19. haec sunt mihi de exordio comperta 4, 1, 79. sintne haec investigata, comperta, patefacta — per me? 9, 3, 49.

Compesco. improborum scelera compescet 12, 1, 26. Quin compescitis (*ap. Cic.* continetis) vocem istam? 11, 3, 169 *N.* qui pro rep. seditiosum civem toties compescuisset 11, 1, 40.

Competitor. ut adv. tyrannum, qui sub pacto abolitionis dominationem deposuerat, agit comp. 9, 2, 97. competitorem patrem in suffragiis vicerat 7, 1, 29. editi in competitores libri 3, 7, 2.

Competo. aut assumere in causam naturas, qua competent, aut mitigare, qua repugnabunt 4, 1, 17; actionem competere in equitem Rom. 4, 1, 17.

Complector. I) *proprie:* genua complecti 6, 1, 34; *de verbis sensu mediali:* ut verba verbis applicemus, non pugnantia, sed quae invicem complectantur 7, 10, 17. II) *transl.: α*) *c. Accus.:* a) *de personis:* si omnia complexi forent (*auctores*) 3, 1, 21. *cf.* 5, 1, 3. ut semel plura complectar 11, 1, 66. ut nunc singula ostendamus, nunc universa complectamur 5, 13, 13. ad verbum sit ediscendum, an vim modo rerum atque ordinem complecti satis sit 11, 2, 44. cautiores voluntatem complecti, quam nomina interpretari maluerunt 6, 2, 6; breviter p. Caec. Cic. initia, causas *etc.* complexus est 7, 3, 29. latius complecti conformationes verborum et sententiarum 9, 2, 1; quae de usu ipso *etc.* complexus sum 6, 3, 102; in iis, quae scripsimus, complectendis 11, 2, 36. exercebitur acrius memoria aliena complectendo, quam sua 2, 7, 3. b) *de rebus:* licet haec omnia complectatur eversio 8, 3, 69. omnes complectitur lex 7, 1, 48. sculptura

marmor, ebur, lignum *etc.* complectitur 2, 21, 9. qui finis — nihil nisi inventionem complect. 2, 15, 13. *περίφρασις* frequenter et id ipsum, in cujus locum assumitur, nomen complecti solet 9, 1, 6. *διάλεκτος* — latentes etiam numeros complexa 9, 4, 18. cum sermonem habitum complecteretur (*dialogus*) 6, 3, 44. linea amplius spatium non complectetur 1, 10, 41. finitio — et omnes orationis virtutes semel complect., et protinus mores etiam oratoris 2, 15, 34. quae memoria complecteretur 8, Pr. 6. β) *adj. Ablat.:* hoc utramque causam complexi 3, 11, 20. ut pauca animo complectamur 10, 6, 3. 6. utrumque appellatione una complectimur 7, 4, 16 *Z.* praecepta philosophiae carmine esse complexum 3, 1, 4. ut maxime necessaria — scribant, cetera cogitatione complectantur 10, 7, 30. *v.* Cogitatio. nos justum, pium, religiosum honesto complectimur 2, 4, 38. quae scripseris iterata lectione complecti 11, 2, 2. pluribus eam (*artem*) libris complexus est 3, 1, 14. *cf.* 1, 6, 36. si longior complectenda memoria fuerit oratio 11, 2, 27. tot artes penitus mente complexum 12, 1, 25. *cf.* 12, 2, 17. hoc nomine complectimur omnia, quae Graeci *ἐνθυμήματα etc.* vocant 5, 10, 1. quo (*modo*) etiam minores omnes (*quaestiones*) complectimur 3, 11, 2. plura paucis complectitur 8, 3, 82. ut, quae ad philosophos pertinent, scientia complecteretur 12, 11, 22. ne qualitatis quidem statu complecti eas (*deliberativas*), satis est 3, 8, 4. ipsis syllabis verba complecti 1, 1, 31. quam sententiam his verbis complectitur 3, 6, 13. id aut universum verbis complectimur aut per partes 5, 10, 54. Hermagoras dicendo, materiam esse in causa et in quaestionibus, omnes res subjectas erat complexus 2, 21, 21; in ipsis illis sermonibus hoc complexus (*seq. Acc. c. Inf.*) 3, 6, 68.

Compleo. I) in cibis alia aliis magis complent 11, 1, 91. vascula oris angusti superfusam humoris copiam respuunt, sensim autem influentibus vel etiam instillatis complentur 1, 2, 28. II) *transl.:* in cithara plurima varietate complent spatia illa nervorum 12, 10, 68. frequens usus taedio complet 8, 6, 14.

Complexio. quod *συναίρεσιν* et *συναλοιφήν* Graeci vocant, nos complexionem dicimus 1, 5, 17. *opp.* divisio *ib.* 6. (*epichirematos pars*) 5, 14, 5. 9. plerumque summa complexione, vel per enumerationem, vel per brevem conclusionem, testantur *ib.* 11. compl. non par intentioni, sed vim habens parem *ib.* 12.

Complexus. I) haeret in complexu liberorum 6, 1, 42. extremo compl. suorum cohaerentes 8, 3, 68 *Z.* II) *transl.:* vitium non est in sensu, sed in complexu 1, 5, 46; in ipso causarum compl. 5, 10, 103. 7, 2, 57. plurium legum aliorumve scriptorum complexu 5, 10, 107. in complexu loquendi serieque 1, 6, 3. — orationis *ib.* 34. — rerum personarumque 2, 1, 9. 3, 5, 18. 5, 8, 6. finitae (*quaestiones*) sunt ex compl. rerum, personarum, temporum 3, 5, 7. citra compl. personarum, temporum, causarum 2, 4, 36. remoto personarum compl. 3, 6, 57. in compl. sermonis 9, 3, 18. brevi compl. verborum 7, 3, 18. omnia et virtutes et vitia in complexu habent 9, 4, 32.

Complodo. complodere manus scenicum est 11, 3, 123.

Complures. inter compl. imperatorias virtutes 8, 2, 11.

Compono. I) *proprie:* α) antidotos ex multis effectibus componi videmus 1, 10, 6. ut Ovid. ex tetrastichon carmine librum in malos poetas composuerit 6, 3, 96. componendus est e duobus intellectus 8, 6, 66; saepe gladiatores, sub eod. magistro eruditi, inter se componuntur 2, 17, 33 *N.* si quis casus duos inter se bonos viros composuerit *ib.* 34; causa

cum causa, non illa (*rhetorice*) secum ipsa componitur ib. 33. *cf.* 7, 2, 22. *v.* Comparo. *β*) *Partic.*: aut simplicia, aut composita (*verba*) 1, 5, 3. *cf.* 1, 6, 38. 7, 9, 5. aut ead., aut ex eisd. composita 2, 15, 23. compos. (*voces*) *opp.* simplices 1, 5, 65. *cf.* 1, 7, 9; sparsa compositis numerosiora creduntur 2, 12, 3. II) *i. q.* *ordine ac ratione constituo*: *α*) in componenda toga 11, 3, 156. ne turbarentur comae, quas componi *etc.* ib. 148. mundum ipsum ejus (*musices*) ratione esse compos. 1, 10, 12; (*inter Aristoteles decem elementa quaestionis novissimum*) κεῖσθαι, quod est compositum esse quodam modo, ut calere, stare, irasci (*vulg. de conj.* sedere, st., jacere) 3, 6, 24 *N. ar.*; res se offerre — nec (*tantum*) vigilantibus, sed etiam quiete compositis 11, 2, 5. cum ad judicem nos converterimus — danda brevis cogitationi mora. Mire enim auditurum dicturi cura delectat, et judex se ipse componit 11, 3, 157 *β*) *ad aliquid*: satis composuisse sese ad exemplum 2, 6, 5. plurimi se ad eorum imitationem composuerint 2, 8, 2. *cf.* 5, 12, 22; compositus non ad animum judicis, sed ad stomachum litigatoris 12, 9, 12 alius historiae magis idoneus, alius compos. ad carmen 2, 8, 7 maxime ad risum compositi 6, 3, 18. ad quae quemque discipulorum natura compositum videret 10, 2, 20. ad haec omnia componendus es orator 11, 1, 46. satis in hoc nos componet multa scribendi exercitatio 9, 4, 114; opus non ad actum rei pugnamque praesentem, sed ad memoriam posteritatis et famam ingenii componitur 10, 1, 31. *cf.* 5, 10, 9 ad omnes casus animum componere 12, 9, 20. quotiens ad imitationem alterius scripturae componitur (*figura*) 9, 2, 34. ad aliorum judici componenda est oratio 5, 14, 29. utraq. manu ad modum aliquid por tantium composita 11, 3, 120. in iis, quae ad scenam componuntur fabulis 11, 3, 73. gestum oratoris componi ad similitudinem saltationi 1, 11, 19. omnia ad voluptatem imperitae multitudinis compos. 10, 1 43. *v.* Voluptas. orationis vultus ad id, quod efficere tendimus compositus 9, 1, 21. ad exprimendam rerum imaginem compos. (*similitudines*) 8, 3, 72. summissa et ad satisfaciendum compos. (*actio*) 7, 4 27; quae (*laus*) ostentationi componitur 3, 7, 4. *v.* Ostentatio *γ*) *Partic. opp.* *vero*: assimulata et arte composita 9, 2, 27 ficta atq. compos. 8, Pr. 23. III) *i. q.* *sedo*, *mitigo*: Pythagoram concitatos juvenes composuisse 1, 10, 32. si quid fuisset turbidiorum cogitationum, componerent 9, 4, 12. concitandis componendisve affectibus 3, 4, 15. *cf.* 6, 1, 11. *v.* Affectus I, dum erit prima et compos. actio 11, 3, 110. amatores lenis et nitidi et compos. generis 10, 1, 44. *cf. etiam*: altero erecto, altero compos. supercilio 11, 3, 74.

IV) *in scribendo*: *α*) is optime componet, qui hoc non (*Z. de ve conj.*; *Codd. omitt.*) solum componendi gratia facit 9, 4, 60 *N.* sic fer componendum, quomodo pronuntiandum erit ib. 138. ut juvenes, cum scribunt, gestum praemodulati cogitatione (*a. l.* gestu - cogitationem), sic componant, quomodo casura manus est 11, 109. hoc bene esse compos. 9, 4, 133. male composuerit 8, 2, 16. Gracccho composita durius 9, 4, 5. recte comp. ib. 19; *Gerund.*: leges componendi ib. 133. docti rationem comp. intelligunt, etiam indocti voluptatem ib. 116. *cf.* 133. comp. studio ib. 66; tempore ad componendum securiore 12, 1, 20. ad comp. optimos, actionibus idoneos no fuisse 12, 10, 49. *β*) *c. Obj.*: componunt, quae effuderant 10, 3, 17. soluta componere 10, 4, 1; comp. actionem 11, 3, 68. - Artem 3, 1, 11. — carmen victoribus 11, 2, 11. — commentarios 8, 19. — grammaticam 1, 5, 54. — libellos 12, 8, 5. — libros Ep.

Tryph. 1. — locos communes 2, 1, 11. — materias 6, 3, 15. — opus 10, 1, 31. — orationem 2, 15, 30. 2, 17, 4. 3, 6, 93. 12, 10, 49. — praecepta 1, 11, 17. — prooemium varie 9, 4, 132. — versus 10, 3, 8. *v. singula Nomina.* γ) *adj. Ablat.:* narrationes stilo componi, quanta maxima possit diligentia 2, 4, 15. causas stilo componat 10, 5, 20. *cf.* 3, 9, 9. δ) *adj. Praepos.:* mirabiliter multa de hac arte composuit 3, 5, 14. qui de judicialibus causis aliqua composuerunt 3, 6, 104. *cf.* 12, 3, 10. ut aliquid de ratione dicendi componerem Pr. 1. sermo quacunque de re compos. 2, 21, 1; materiae ad delectationem audientium compos. 11, 1, 48. ad utilitatem juventutis componere (*aliqua*) 2, 2, 15. ad exprimendam rerum imaginem compos. (*similitudines*) 8, 3, 72. quod libris dedicatur — ad legem et regulam compositum esse oportere 12, 10, 50; Cic. illa composuit in Verrem 8, 6, 72 quae intra nosmet ipsos composuimus 11, 3, 2. ε) *Partic.:* domi praecepta et composita 12, 3, 2. *cf.* 5, 13, 36. non solum composita oratio, sed etiam continua 7, 10, 17. *v.* Continuus. in his libris erunt omnia compositiora, et quam nos poterimus elaborata Pr. 8; *de scriptorib.:* Vib. Crispus compositus, et jucundus, et delectationi natus 10, 1, 119. fiunt pro compositis exultantes 10, 2, 16; *de numero:* sit compos. ipsa clausula 9, 4, 63. *v.* Numerus.

Compos. — mentis 11, 3, 77. — sceleris 12, 1, 7.

Compositio. De compositione 9 *Cap.* 4. α) *Nominat.:* compos. et sonus in oratione varie adhibetur 1, 10, 23 *S.* quem in poëmate locum habet versificatio, eum in oratione compos. 9, 4, 116. magis non ἄῤῥυθμον, — quam εὔρυθμον esse compositionem *Cic. ib.* 56. divisio et compos. multum valent 11, 2, 36. optimam compos. prooemii esse 9, 4, 132. compos. prosequetur (*verba; a. l. seq.*) 10, 3, 9. in re tristi ludit compos. 9, 4, 28. — multis clausulis concisa subsultet *ib.* 42. ubi aliud ratio, aliud consuetudo poscet, utrum volet, sumat compos. *ib.* 59. orationis compos. nisi varia est, et offendit similitudine, et affectatione deprehenditur *ib.* 60. Cur non satis sit sermonem vulgi fuisse? Compos. enim patiebatur *ib.* 119. β) *Genit.:* paene ultimam oratoribus artem compositionis, quae perfecta sit, contigisse 9, 4, 16. compositionis cura *ib.* 147. — decor *ib.* 44. — ratio *ib.* 147. — usus *ib.*; formas non verborum modo, sed et sensuum et compositionis 8, 6, 2. amplius compos. genus 9, 4, 129. *cf.* 4, 2, 39. levitas verborum et compositionis probabilis 10, 1, 52. compos. modestia 4, 1, 55. aliquos compos. certos pedes 10, 2, 13; varietas gratia compos. ascita 9, 4, 58. diligentissimus compositionis *ib.* 77. plurimum refert compositionis, quae quibus anteponas *ib.* 44. γ) *Dat.:* compositioni Latinos magis indulsisse quam Atticos 9, 4, 145. figura laboranti compos. variata saepe succurrit *ib.* 117. neque longioribus, quam oportet, hyperbatis compos. serviamus *ib.* 144. δ) *Accus.:* rebus accommodanda compos. 9, 4, 126. *cf.* 10, 2, 13. asperandae (*a. l.* aspern.) compositionis gratia 9, 4, 31. qui compositionem illius (*Ciceronis*) reprehendunt 12, 1, 22 *N.* ne in similem compos. (*Reg. conjic.* posit.) incidamus 4, 2, 118 *N.* ε) *Ablat.:* medius hic modus (*dicendi*) erit — compositione aptus *etc.* 12, 10, 60. compositione, quae sit maxime a vulgari usu remota, dicentem 11, 1, 49. compos. ipsa dissolutum (*genus sermonis*) *ib.* 6. compos. elaboratum 8, 3, 12. compos. velut amentis quibusd. nervisve intendi et concitari sententiae videntur 9, 4, 9. verba eadem, qua compos. vel in textu jungantur, vel in fine claudantur *ib.* 13 *N. cr.* comp. peccatur 1, 5, 35. cunctos illos tenues comp. superavit 12, 10, 33; [ὁμοιολογία — et sententiis, et

figuris, et compositione longa (*sic Sp. contra opt. Codd.*) 8, 3, 52. *v.* Positio.] in verbis nimius et compositione nonnunquam longior 10, 1, 118; in omni compos. tria sunt genera necessaria, ordo, junctura, numerus 9, 4, 22. *cf. ib.* 146. in compos. orationis certior et magis omnibus aperta servari debet dimensio *ib.* 52. quasi numeri non fuerint in compos. (*sic Sp. de conj. Regii; Z. Codicibus propius:* q. vero fecerint (*sc. pedes rhetores*), non sint in c.) deprehensi *ib.* 114. in compos. fractum, exultantem, ac paene viro molliorem 12, 10, 12. in compos. diligens 10, 1, 79. ζ) *c. Attrib.:* duram potius atque asperam compos. malim esse, quam effeminatam et enervem 9, 4, 142. — dissimulata quidem, sed tamen quam jucundissima 4, 2, 117. — fracta 8, 3, 57. — ipsa varietate gratissima 10, 2, 13. — honesta, jucunda, varia 9, 4, 146. *cf.* 60. — levis et quadrata, sed virilis tamen 2, 5, 9. — numerosa 11, 1, 33. — aliquam superiorem (*Sp. conj.* superbiorem) 9, 4, 137 *N.* — severa *ib.* 63; compositionibus (*i. e. verborum conjunctionib.*) ambiguis, ut in illa controversia — Tu, pater, nescis? 9, 2, 70 *N.*

Comprehendo. 1, 5, 21. I) *i. q. apprehendo:* proxima virtutibus vitia comprehendunt 10, 2, 16. II) *de ingenio:* α) popularem comprehendendo persuasionem 2, 15, 20. species, nisi generaliter comprehendantur, in infinitum sunt extrahendae 4, 1, 43. quod mire M. Coelius comprehendisse videtur 11, 1, 51 *N.* si quando firma comprehendi poterit finitio 7, 3, 18. finem artis comprehendit temere 2, 15, 4. *cf. ib.* 35. summa celeriter comprehensa 10, 1, 48. breviter comprehensa sententia 9, 3, 91. ne hoc quidem satis est comprehensum 2, 15, 11. ut pro solis comprehenderent frequentissima 3, 4, 5. β) *adj. Ablat.:* sermonis alicujus habiti verborum contextus ead. arte (*i. e. memoriae*) quomodo comprehendetur? 11, 2, 24. *cf.* 5, 10, 109. quae his elementis comprehenduntur 3, 6, 28. finitione comprehendi nihil non in universum 3, 5, 10. unone verbo sint duo pedes comprehensi, an uterque liber? 9, 4, 97. breviter verbis comprehensa enuntiatio 7, 3, 2. *cf.* 12 *S. v.* Sentio.

Comprehensio. *de verborum ambitu et complexu:* periodo plurima nomina dat Cicero — comprehensionem *etc.* 9, 4, 124. si sensu non pugnant, comprehensione dissentiant (*finitiones*) 7, 3, 12. (*dialectica*) utilis saepe et finitionibus et comprehensionib. 12, 2, 13. neque tam sunt intuendi pedes quam universa compreh. *ib.* 115. comprehensiones, quae efficiuntur ex pedibus *ib.* 121. cum sint multa propriis brevibusque compreh. finienda 12, 2, 19. Est etiam soloecismus comprehensionis unius sequentium ac priorum inter se inconveniens positio 1, 5, 51 *N.*; praecisae compreh. 7, 3, 15. latiore quad. compreh. 2, 5, 14. corrupta oratio — in compreh. obscura *etc.* consistit 8, 3, 57; compreh. verborum *opp.* qualitas ipsius rei 2, 15, 1. diligens finitionis compreh. 5, 10, 61. certa quaed. sententiae compreh. (*a. l.* compressio) *ib.* 5.

Comprimo. [compressis (*Z. e Codd. vestigiis conjic. complicitis*) tribus digitis 11, 3, 102 *S.*] compressam manum *ib.* 104. compressa in pugnum manus 2, 20, 7. opertos compressosve (*oculos*) 11, 3, 76.

Comprobo. consensu potius eruditorum quam puerorum amore comprobaretur 10, 1, 130.

Computatio. actor, si digitorum incerto aut indecoro gestu a computatione dissentit 1, 10, 35.

Computo. 1, 10, 43. computamus annos, quibus viximus 12, 11, 19. diurna tantum computantibus tempora *ib.* lectorem, quid studia referant, computaturum 1, 12, 17.

Con. *praeposit. in compositis* 1, 5, 69.

Conatus. generosi conatus 2, 4, 4. lateris con. sit ille, non capitis 1, 11, 8. singuli conatus vocis *ib.* 10. primo veri operis con. 2, 10, 7. naturali quodam con. 11, 3, 49. in quibus (*operibus*) plurium conatus conspirat 1, 10, 16. in mediis quoque (*sensibus*) sunt quidam conatus, qui leviter insistunt (*a l.* inters.) 9, 4, 67; animi minore conatu moventur 1, 12, 10. velut sub uno con. 1, 12, 4. prope sub con. adversarii manus exigenda (*a. l.* erig.) 6, 4, 8 *N.* qui fugiunt omnem hanc in dicendo voluptatem, nihil probantes, nisi planum et humile et sine conatu 8, 5, 32. quae crebris parvisque conatib. se attolunt, inaequalia tantum et velut confragosa *ib.* 29; omnem, etiam quem ex ingenio suo poterant habere, conatum perdiderunt 5, 10, 101. conatum longius petant 10, 3, 6. con. omnem reformidant 8, Pr. 2. simulanti variantique conatus (*in batuendo*) 9, 1, 20. *cf.* 11, 3, 158.

Consonans. mediam literam consonantem priori an sequenti syllabae adjungas 1, 7, 9. consonantes a vocalibus discernere 1, 4, 6. an aliquas (*voc.*) pro consonantib. usus acceperit *ib.* 10. quomodo duabus demum vocalibus in se ipsas coëundi natura sit, cum consonantium nulla, nisi alteram frangat *ib.* 11 *N. cr. cf.* 12, 10, 29. diu servatum, ne consonantib. aspirarent 1, 5, 20 *Z.* consonantes in commissura verborum rixantur 9, 4, 37. et vocales frequentissime coëunt, et consonantium quaed. insequente vocali dissimulatur 11, 3, 34. duriorum (*conson.*) inter se congressus *ib.* 35. jucundissimas ex Graecis literas, vocalem alteram, alteram conson. non habemus 12, 10, 27.

Consono. I) in verbis tantum distantibus jucunde consonat vox 9, 3, 73. aliquando initia quoque et clausulae sententiarum aliis, sed non alio tendentibus verbis, inter se consonant *ib.* 45. ut semper ultimis consonent (*verba*) *ib.* 77. quoties verbum verbo simile, aut non dissimile valde quaeritur —. Aut certe par est, extremis syllabis consonans (*i. e. pariter cadit, extremis syllabis consonantibus. v.* Par.) *ib.* 75 *N. cr.* II) *transl.:* consonare sibi in faciendis ac non faciendis 2, 20, 5.

Consortium. in eod. pectore nullum est honestorum turpiumque cons. 12, 1, 4.

Conspectus. conspectum ejus in foro vitanti 6, 3, 93. lana tincta fuco — conspectu melioris obruatur 12, 10, 75. haec in conspectu quodammodo collocaveram 7, 1, 4. debent esse non solum nota omnia, sed in promtu atque, ut ita dicam, in consp. 10, 1, 6; Phrynen conspectu (*a. l.* aspectu *S.*) corporis periculo liberatam 2, 15, 9.

Conspergo. color dicendi multis ac variis velut maculis conspergitur 8, 5, 28.

Conspicio. cultus magis in oratore conspicitur 11, 3, 136.

Conspicor. quomodo jacentem exanimem sit conspicatus 4, 2, 13.

Conspiratio. indignitate calumniae conspirationis 6, 1, 9. erupturas in remp. consp. 12, 7, 2; Nunc de iis dicendum est, quae mihi quasi conspiratione quadam vulgi reclamari videntur 12, 1, 14.

Conspiro. in quibus (*operibus*) plurium conatus conspirat 1, 10, 16.

Constantia. quod non est justitia, potest esse virtus, si est fortitudo, const., continentia 5, 10, 57. etiam illa fortuita aderant omnia, vocis jucunditas *etc.* — illa majora, const., gravitas, contra dolores etiam ac metus robur 6, Pr. 11. sunt et alia ingenita quaed. adjumenta, vox, latus patiens doloris, valetudo, const., decor Pr. 27 *N. cr. et S.* ut abominanda sunt contraria his vitia confidentiae, temeritatis *etc.*, ita circa const., fiduciam, fortitudinem nihil ars, nihil studium *etc.* profuerit (*h. l. const. est inter artis oratoriae instrumenta*) 12, 5, 2. *v.* Fiducia.

Constituo. I) *proprie:* in cithara quinque constituerunt sonos 12, 10, 68. unum aliquem constituere lectorem 2, 5, 6. publice statuae constitutae 3, 7, 17. argumentum serius constitutum 5, 13, 34 *N.* II) *transl.* *a) de novis.* a) *instituo:* de accusatore constituendo 3, 10, 3. *v.* Accusator. constituuntur judicia in foro 3, 10, 3. *cf.* 3, 11, 5. quaestio, quae erat constituta 3, 11, 17. 4, 2, 10. potuit sic constitui ratiocinatio 5, 14, 12. (*Homerus*) legem prooemiorum non dico servavit, sed constituit 10, 1, 48. ordo praesertim totus nostro arbitrio constitutus (*a. l.* construct. *a.* constrict.) 11, 2, 38. animi habitum semel constitutum 4, 2, 115. quantitas ex qualitate facti constituitur 7, 4, 16. b) *statuo:* quia (*ars*) constitui sine perceptione non possit 2, 17, 18. oeconomica totius causae dispositio, quae nullo modo constitui, nisi velut in re praesente, potest 7, 10, 11 *Z.* Aristoteles constituit decem elementa 3, 6, 23. nequaquam eas (*figuras*) esse tam multas, quam sint a quibusd. constitutae 9, 1, 22. quas constitui partes 3, 9, 6. *cf.* 3, 3, 7. si personas convenientes iis, quae facta credi volemus, constituerimus 4, 2, 52. rei totius hic summa constituta (*sic Z. ex Amb.* 1; *Sp.* hic totius summam constituit) 7, 4, 20 *S.* inter gracile validumque tertium aliquid constitutum est 12, 10, 66. sunt numeri rhythmi, ut ipse (*Cic.*) constituit 9, 4, 54; primum constituebam, quid utraque pars vellet efficere 7, 1, 5. constituendum est, quo (*nomine*) quemque appellemus 9, 4, 79. *cf.* 1, 6, 43; Sit nobis orator, quem constituimus (*a. l.* inst.) is, qui a M. Catone finitur 12, 1, 1 *N. cr.* grande atq. robustum, quod ἁδρὸν constituunt 12, 10, 58. c) *c. Dat. destino:* leges, quae propriae populis et gentibus sunt constitutae 12, 2, 3. sibi constitutum tempus et locum 4, 2, 98. quae poena stupratori constituta est *ib.* 69. *cf.* 7, 1, 57. *v.* Poena. an stipendium militi constituant 3, 8, 18. d) *mihi propono:* primum hoc constituendum, hoc obtinendum est, ut quam optime scriba-

mus 10, 3, 9. constituerunt, ut in litore coenarent 7, 3, 31; cum prius, quod honestum sit efficere, in animo suo constituerit 11, 1, 35. *v.* Animus. mihi constitutum est, vel deficere potius quam desperare 12, Pr. 2. *β*) *de iis, quae sunt i. q.* confirmo: haec (*probatio*) est, quae constituat, illa (*refutatio*), quae destruat 3, 9, 5. jam perfectis constitutisque viribus 10, 1, 57. non statim, — quid sit, apparet. Hoc quoque constituto novissima qualitas superest 3, 6, 81; *Partic. i. q.* certus: constituti cursus siderum 1, 10, 46. constit. discrimina *opp.* fortuita 5, 10, 42. jam confirmatae constitutaeque vocis 11, 3, 29.

Constitutio. quod nos statum, id quidam constitutionem vocant 3, 6, 2. aliqua ejusd. potestatis hominum posterior const. 5, 2, 5. const. est in lege, more, judicato, pacto 7, 4, 6. justum omne continetur natura vel constitutione *ib.* 5.

Constitutor. — legis 3, 6, 43.

Consto. I) *compositus sum.* *α*) *c. Ablat.:* eisd. elementis constare omnes (*homines*) 3, 8, 31. eae (*opes*) const. copia rerum ac verborum 10, 1, 5. constare totam orationem aut certe confertam esse aggressionum et enthymematum stipatione 5, 14, 27. *cf.* 9, 4, 134. pars deliberativa officiis const. duobus 3, 8, 6. *cf.* 3, 7, 1. 5, 8, 1. 6, 2, 1. cum constent quattuor pedes binis, octo ternis syllabis 9, 4, 80. omnis orandi ratio quinque partibus const. 3, 3, 1. quibus (*partib.*) constet resp. 5, 10, 63. omnis structura ac dimensio et copulatio vocum const. aut numeris aut μέτροις 9, 4, 45. quibus quaeque syllaba literis constet 1, 7, 1. pentametri medius spondeus alterius verbi fine, alterius initio const. 9, 4, 98. neque semper paribus syll. const. (ὁμοιόπτωτον). *β*) *c. Praepos.* ex: artem const. ex perceptionibus consentientibus *etc.* 2, 17, 41. facies ex paucissimis const. 11, 3, 18. *cf.* 6, 3, 63. omnis oratio const. aut ex iis, quae significantur, aut ex iis, quae significant 3, 5, 1. totum ex partibus const. 3, 3, 14. *cf.* 5, 10, 5. 9, 4, 115. II) *i. q.* nitor: qui (*affectus*) miseratione (*a. l.* in mis.) constant 10, 1, 68. multo labore *etc.* constat ars dicendi 2, 13, 15 *N.* quorum ars omnis const. imitatione 11, 3, 91. causa const. aut unius rei controversia aut plurium 3, 10, 1. conciliatio aut commentatione morum aut orationis suavitate const. 11, 3, 154. omnis disciplina memoria const. 11, 2, 1. *cf.* 10, 6, 3. figurae const. maxime simulatione 9, 2, 26. ea finitio est, mutatione enim nominis const. 3, 6, 47. (*finitio*) const. maxime genere, specie, differentibus, propriis 7, 3, 2. omne jus aut scripto aut moribus const. 12, 3, 6. leges const. propria rerum qualitate 2, 4, 40. initia literarum sola memoria const. 1, 1, 19. quo const. miracula illa in scenis 10, 7, 11. modus aliquando const. aestimatione facti 7, 4, 41. natura constare mores 12, 2, 2. actione const. non imitatione (*oratio*) 11, 3, 182. neque scientia modo orator, sed voce, latere, firmitate const. 12, 11, 2. ornatus rei, cui adhibetur, condicione const. 11, 1, 7. maxima pars eloquentiae const. animo 1, 2, 30. cum profectus praecipue diligentia constet 2, 7, 1. unde coeperit, quibus constet rhetorice 3, 1, 1. studium discendi voluntate const. 1, 3, 8. persuadendi vis affirmatione const. 11, 3, 154. simplices voces prima positione, id est natura sua, constant (*h. e. ut grammatici nostri loquuntur,* stant, sicut natae sunt *Z.*) 1, 5, 65 *N. et S.* alterum (ῥυθμὸν) modulatione, canore alterum (ἔμμετρον) const. 1, 10, 22; quae accusatione ac defensione constant 7, 2, 7. *cf.* 3, 8, 55. id demum, quod pugna constat, enthymema accipi 5, 10, 2; ut boni viri simus, voluntate maxime const. 12, 11, 11. omnis vitae ratio sic constat, ut, quae probamus in aliis,

facere ipsi velimus 10, 2, 2; nimium risus pretium est, si prolixitatis impendio (a. l. compend.) constat 6, 3, 35. ut ejus nobis magno temporis detrimento constet experimentum 10, 1, 41; omnis ordo in vituperatione constabit 3, 7, 19. *cf.* 10, 1, 68. III) *i. q. firmus aut certus sum.* α) *simpliciter:* cum factum constat, sed a quo sit factum, in controversiam venit 7, 2, 8. id si constiterit 12, 1, 39. β) *c. Dat.:* ut aut constent sibi, aut, si quid titubaverint *etc.* 5, 7, 11. qui constiterint sibi *ib.* 12. γ) *c. Praepos. de aut inter:* si de facto constet, a quo factum sit ambigitur 7, 2, 7. de facto constat, de animo quaeri potest *ib.* 11. *cf.* 6, 4, 4. de re const. 4, 2, 5. *cf. ib.* 76. 3, 6, 34. quod nomine const., de re dubium est 7, 3, 4 *N.;* in quo factum esse aliquid constat, a quo sit factum quaeritur 7, 2, 18. *cf.* 7, 4, 3. 5, 10, 112. circa Demetrium Phalerea institutum fere const. 2, 4, 41. quae vera esse constabit 4, 2, 90. *ib. cf.* 80 *Z.* 3, 5, 3. si studiis scholas prodesse constaret 1, 2, 3. nisi prius esse constiterit 3, 6, 80. *cf.* 3, 9, 7. 3, 5, 13; quid cuique sit opus constare decet 3, 9, 8. *cf.* 3, 8, 25 *Z.;* inter omnes scriptores constitit (*a. l.* constat, *a.* consistit) 7, 7, 1. *cf.* 6, 1, 8; *Partic.:* incredibilia an inter se constantia 5, 4, 2; prudens et constans (*testis*) *ib.* 26; pater tuus, homo constantissimus, te nobis varium reliquit *Cic.* 6, 3, 48 *N.*

Constringo. I) lacertos exercitatione constringere 12, 10, 44. supercilia aliorum constricta, aliorum dissidentia 1, 11, 10; constrictum vinculis suis 7, 3, 14. II) superstitione constricti 12, 2, 26. leges immutabili necessitate constrictas 2, 13, 1; *i. q. brevis:* constricta an latius fusa narratio 2, 13, 5.

Consuesco. consuerunt (*a. l.* consuev.) *Cic.* 5, 11, 22; consuescebat contionum fremitus non expavescere 10, 3, 30. nisi quibusd. pugnae simulacris ad verum discrimen aciemque justam consuescimus 2, 10, 8.

Consuetudo. I) quid sit, quod consuetudinem vocemus 1, 6, 43. α) *Nominat.:* Cons. certissima loquendi magistra 1, 6, 3. celeritatem dabit cons. 10, 3, 9. nos ducit scholarum cons. 4, 2, 28. ut ipsam analogiam nulla res alia fecerit, quam cons. 1, 6, 16. longa consuet. fecerat legem 2, 5, 2. quae vires cito facit, cons. 12, 11, 16. fallet haec nos in foro cons. 5, 13, 43. quod cons. obtinuerit 1, 7, 30. consuet. et exercitatio facilitatem maxime parit 10, 7, 8. aliud ratio, aliud consuetudo poscet 9, 4, 59. auctoritatem cons. superavit 1, 5, 64. tenuit cons., quae cotidie magis invalescit, ut discipuli serius traderentur 2, 1, 1 *N. cf.* 8, 5, 2. utcunque cons. valuit 9, 3, 1. si cons. vicerit 1, 5, 29. β) *Genit. et Dat.:* pessimae vero consuetudinis, libellis esse contentum 12, 8, 5; consuetudini serviebamus 1, 6, 18. *v.* Servio. γ) *Accusat.:* utinam adjici ad consuetudinem posset, ut *etc.* 2, 10, 9. in hanc cons. memoria exercitatione redigenda 11, 2, 45. secundum communem potius loquendi consuet., quam ipsam veritatis regulam 11, 1, 12. *cf.* 12, 2, 19. oratoria urbanitas — ad hanc cons. accommodata (*Sp.* commendata) 6, 3, 14. δ) *Ablat.:* mala consuetudine semper alienum sequendi 2, 6, 6. *cf.* 8, 3, 44. cons. peccandi allectus 7, 2, 44. sermo constat consuetudine 1, 6, 1. cons. excusantur vitia 1, 5, 5. manus ipsa cons. ad graves sonos fertur 5, 10, 125. nec imbuatur (*vox*) ea cons., quam desideratura (*Sp.* quae duratura non) sit 11, 3, 24. *v.* Desidero. incidunt in hoc vitium cons. declamatoria 5, 13, 46. cons., qua difficultas omnis levatur 11, 3, 24; a cons. abhorrere 8, Pr. 25. a cons. vulgari recesserunt 2, 13, 11. ex cons. philosophorum ducta servitus 7, 3, 16. illud ex cons.

mutandum 2, 7, 1. salsum in cons. pro ridiculo accipimus, natura non utique hoc est 6, 3, 18. v. Natura. quorum (*verborum*) certissima sit regula in cons. 10, 2, 13. illud in cons. remansit 9, 3, 14. *s*) *c. Adjectt.*: cons. assidua 1, 1, 13. — communis 11, 1, 12. 12, 2, 19. — longa 2, 5, 2. — vetus 1, 6, 43. — vulgaris 2, 13, 11. ζ) *c. Genit.*: cons. civitatium 2, 4, 33. — otii 1, 3, 11. — scholarum 7, 2, 54. — philosophorum 7, 3, 16. — sermonis 1, 6, 45; — classium certis diebus audiendarum 10, 5, 21. — pessime dicendi 2, 4, 16. — aliter docendi 2, 5, 2. — loquendi 1, 6, 43. 11, 1, 12. 12, 2, 19. — peccandi 7, 2, 44. — sequendi alienum 2, 6, 6. — vivendi 1, 6, 45. II) *de concubitu*: turpis dominae consuetudo cum servo, turpis domino cum ancilla 5, 11, 34.

Consul. sit enim cons. a consulendo, vel a judicando 1, 6, 32. clarissimos et Consules geminata ead. (*sic Z. ex Amb.* 1. *restituit*; *Sp.* columnam et Cons. exemta N.) litera legimus 1, 7, 29 *N. et S.* apud consules debes petere fideicommissum 3, 6, 70. Fabricius Corn. Rufinum — palam consulem suffragio suo fecit 12, 1, 43. cum sellam ejus curulem consul Isauricus fregisset 6, 3, 25.

Consularis. consulari adoptione 6, Pr. 13 *N.*

Consulatus. — actus nobilissime 12, 1, 16. quae egerat in consulatu 11, 1, 18. pridie Kal. Jan. ingredi consulatum 6, 1, 35. scientiam petendi consulatus 11, 1, 69.

Consulo. I) *consilium do*: sit consul a consulendo vel judicando; nam et hoc consulere veteres appellaverunt 1, 6, 32. boni consulas *ib. cf.* 6, Pr. 16; inutiliter sibi videtur consuluisse 11, 1, 12. consuluissent labori meo 3, 1, 21. quod moribus magis consulant 1, 2, 2. II) *consilium peto*: ipsos adversarios consulimus (*Sp. ducibus Codd. conjic.*: cum ipsis adv.) 9, 2, 20 *N. cr.* consulens eum, an suaderet 6, 3, 92. consultus praetor 11, 3, 157. si prius consuluerimus animum nostrum 4, 2, 52. aures consulens meas 9, 4, 93. suas consulat vires 10, 2, 18. v. Vis. II, *s*; id de quo consulit 3, 8, 10.

Consultatio. esse nonnunquam de jucunditate sola consult. videtur 3, 8, 28. cum ap. C. Caesarem consult. de poena Theodoti ponitur *ib.* 55. proposita consult. *ib.* 59.

Consultator. qui consultatori (*Sp.* consultori) dicenti — inquit 6, 3, 87.

Consulto. *Adv.*: 8, 4, 19. 11, 3, 64.

Consulto, are. consultant aut plures aut singuli 3, 8, 37. propter ipsam rem, de qua sententiae rogantur, consultabitur *ib.* 18. consultantium plurima sunt genera *ib.* 15. pars deliberativa de tempore futuro consultat (*Sp.* -tans), quaerit etiam de praeterito *ib.* 6.

Consultor. v. Consultator.

Consultum. senatus consulta 5, 2, 5. 9, 2, 67.

Consultus. philosophorum consultorumque opiniones 12, 11, 17. consultorum responsis 12, 3, 7. si quis ab eo consultus dissentiet *ib.* 8. scripti et voluntatis frequentissima inter consultos quaestio 7, 6, 1.

Consummatio. — operis 2, 18, 2. — orationis 6, 1, 55; *fig.*: cons., quam Graecus διαλλαγὴν (*sic Edd.*; *Codd.* διαμαρτιν, διαμαριν; *conjecturam recepta multo probatiorem mihi suppeditavit* Mullacius v. d. διεξαγωγὴν, *ad Polybium rejiciens.*) vocat, cum plura argumenta ad unum effectum deducuntur 9, 2, 103 *N. cr. et S.*

Consummo. *a*) *de rebus*: forsan et consummare contingat 12, 1, 31.

nulla ars consummatur ibi, ubi ordiendum est 3, 9, 9. facultas consummatur natura, arte, exercitatione 3, 5, 1. jam prope consummata fuerit opera 2, 6, 6. omnia, quae ars consummaverit 2, 17, 9. tanquam consummata (*a. l.* consumpta) sint omnia 8, 6, 32. *β*) *de personis:* eum consummari mors immatura non passa est 10, 1, 89. *cf.* 10, 2, 28. cum est consummatus ac jam in foro clarus 10, 5, 14. *v.* Profectus; ne se perfectos protinus atque consummatos putent 5, 10, 119. consummatos plus doctrinae debere quam naturae 2, 19, 2. consummatus orator *ib.* 1. consumm. jam patroni 10, 1, 122 *N.* — professores 1, 9, 3. sapientem eum, qui sit futurus consumm. 1, 10, 5. consumm. eloquentia 1, Pr. 20. — scientia 2, 21, 24.

Consumo. *α*) hic omnis aetas consumitur 8, Pr. 16. ut consumantur affectus 4, 2, 120. *cf.* 2, 13, 13. qui bona paterna consumserit 3, 11, 13. 16. humor vocem aut nimius impedit, aut consumtus destituit 11, 3, 21. hominem devorari, cujus patrimonium consumatur (*transl.*) 8, 6, 25. consumti spiritus 11, 3, 53. consumturis viscera mea flammis 6, Pr. 3. *β*) *c. Ablat.:* degustanda haec prooemio, non consumenda 4, 1, 14. quantum dicendo consumitur 10, 7, 10. aetatem multo studio ac labore consumunt 2, 20, 4. ut bona ingenii situ quodam secreti consumerentur 12, 5, 2. corpus orationis in parva momenta ducendo consumet 3, 11, 23 *Z.* gratiam rei nimia captatione consumsimus 8, 6, 51. vires ipsa subtilitate consumet 12, 2, 13; subito defecerit, an longiore valetudine consumtus sit 7, 2, 14. triumvirali proscriptione consumtus est 12, 10, 12. labore consumantur 10, 3, 12. *γ*) *c. Praepos.* in: bona paterna in opera publica consumsit 3, 11, 13. totum in uno (*discipulo*) diem consumturus est 1, 2, 11. tantum laboris in rebus falsis consumere 12, 11, 15. qui se totum in hac cura consumserit 9, 4, 113. [consumi (*Z.* comminui) studentem in his artibus 1, 12, 14.]

Consurgo. cum judex in privatis *etc.* dicere de causa jusserit, leniter est consurgendum 11, 3, 156; qua concitatione consurgat ira 1, 11, 12.

Contemno. in dicendo contemnere (*non est fig.*) 9, 1, 23. ut perferre nobis difficile est, ita facile contemnere 6, Pr. 15. quos equidem non contemno 6, 2, 3. Sardos contemnit (*Cic.*) 11, 1, 89. contemni se credunt 4, 1, 57; si aliqua contemsisset (*Seneca*) 10, 1, 130 *N.* contemto bene dicendi labore Pr. 14. a multis jurisjurandi metum contemni 5, 6, 3. minora sunt talia, ut aliis contemnenda (*a. l.* concedenda) sint, aliis non sint 11, 1, 14. neque refutanda tantum, sed contemnenda, elevanda, ridenda sunt, quae e contrario dicuntur 6, 4, 10 *N.* relicto rerum pondere, ac nitore contemto 9, 4, 113; quod tanquam facile contemnunt 4, 2, 37. quae bene contemnuntur vel tanquam levia, vel tanquam ad causam nihil pertinentia 5, 13, 22. contemnentes tanquam parva, quae prius discimus, studia Pr. 4; non contemnendum opus 10, 1, 54. imminuenda quaed. et elevanda et quasi contemnenda 4, 1, 38; quae manu fiant atq. eorum etiam contemtissima 12, 2, 2. a vili contemtoque 6, 1, 16.

Contemplatio. fructum ex animo suo et contempl. ac scientia petet 1, 12, 18. — iniqui 12, 1, 35. — recti pravique 2, 4, 20. — veri 6, 2, 5. ipsius naturae c. 3, 6, 86. quodque rerum quodque scripti contemplatione constat 3, 6, 89. cum ab actu recesserunt et contemplatione sui fruuntur (*literae*) 2, 18, 4.

Contemtor. — sui 12, 1, 20.

Contemtus. humiles abjectosque contemtus (*certior lectio quam* contemtio) sequitur 4, 1, 14 *S.* (*naribus labrisque*) derisus, contemtus, fastidium significari solet 11, 3, 80. invidia reus, an odio, an contemtu laboret 12, 8, 14; cont. doloris 12, 2, 30. — operis et hominum 11, 3, 136. *cf.* 2, 4, 16. 8, 3, 21. 12, 6, 2. usque ad contemtum operis 12, 6, 7. cont. pecuniae 7, 2, 30. ex cont. opinionis 12, 1, 12. contemtu ceterorum 12, 3, 12; corporis ac fortunae quibusd. mala contemtum attulerunt 3, 7, 19. contemtum auxisse 8, 3, 21. si contemtum ex humilitate tulerit 5, 14, 30. inde contemtus innascitur 12, 6, 2. hinc contemtus oriatur 2, 2, 5.

Contendo. I) *i. q.* *nitor:* ut, quo contendit (*sp. Cic. intend.*), mature cum exercitu perveniat *Cic.* 9, 2, 100 *N. cr.* ad illud aliud, quo contenditur, spatium cursu ferantur 10, 3, 6. qui summa non appetunt, contendere potius quam sequi debent 10, 2, 9; *c. Inf.:* dum corruptum — dicendi genus revocare ad severiora judicia contendo 10, 1, 125. II) *i. q.* *certo:* qui nec cedere volunt, nec possunt contendere 11, 1, 17. Contendunt: quis primus dicat incertum est 7, 1, 39. Mortem ac Vitam, quas contendentes (*a. l.* consentientes) in Satura tradit Ennius 9, 2, 36. *cf.* 7, 9, 6. in comoediis non contendimus (*cum Graecis*) 12, 10, 38. contendat interim, et saepius vincere se putet (*puer, dum instituitur*) 1, 1, 20; ut etiam cum illa Hyperidis pro Phryne difficillima Romanis sublimitate contenderent 10, 5, 2. contendere nobiscum *ib.* 7. cum hoc nemo mortalium contendat 12, 10, 65. continuo cum legente contendere 11, 2, 34; cum tribuno plebis de (*a. l. om.*) innocentia sua contendere 11, 1, 12. de his lite contenditur 3, 4, 8. de libertate aut etiam de hereditate contendunt 7, 9, 3. *cf.* 6, 1, 50. de personis judicatur, sed de rebus contenditur 10, 5, 13. translatio non habet quaestionem, de qua contendit orator, sed propter quam contendit 3, 6, 72. III) *i. q.* *confirmo:* id nobis acriores ad studia dicendi faces subdidisse, contenderim 1, 2, 25. *cf.* 2, 5, 25. jure vereque contenderim Pr. 11.

Contentio. *fig. ap. Cic.* 9, 1, 31. 9, 2, 2. *v.* Contrapositum. a contentione condere (*vocem*) 11, 3, 22. L. Crassi et Scaevolae contentio 7, 6, 9. — dignitatis 4, 5, 12. — ingens palmae 1, 2, 24. — de re 5, 14, 12. inter duces illa cont. (*ap. Hom.*) 10, 1, 47. inter quem et Caesarem dignitatis fuerit cont. 11, 1, 80. inter eos non forensem cont. sed studiosam disputationem incidisse *ib.* 70. *cf.* 12, 2, 23. de fine narrationis cum iis cont. est, qui — volunt 4, 2, 132; in epistolis, quanquam sunt utriusque, dialogisve, quibus nihil ille, nulla cont. est 10, 1, 107. ex statu effectam cont. 3, 11, 18. in cont. aut incipiendis aut finiendis 11, 3, 128. quae sunt in actu et contentione, suasoriae judicialesque *opp.* materiae ad delectationem audientium compositae 11, 1, 48. id non esse positum in contentione (*a. l.* contione) 9, 2, 96. quae in contentionem veniant 3, 6, 44. *v.* Controversia. procul contentionib. 12, 11, 7; cont. forenses 5, 1, 2. inter duos diversarum sectarum velut duces non mediocri contentione quaesitum 5, 13, 59.

Contentus. α) *c. Ablat.:* quo si sumus contenti 9, 1, 12. contenti simus his 4, 2, 33. erimus Graeca appellatione cont. 9, 2, 44. contradictione non cont. 5, 13, 48. uno interim cont. simus exemplo 1, 10, 27. 8, 4, 28. hac gratia non fuit cont. orator 9, 3, 33. potest aliquando ipsa res per se inspectione esse contenta 2, 18, 3. Ego Romani pudoris more cont. 8, 3, 39. contentum libellis esse 12, 8, 5. offerentibus se cont. esse 7, 1, 25. contenti fuerunt hac partitione 3, 4, 1. nos hac

sumus probatione cont. 9, 4, 15. debebimus esse contenti procemio breviore 3, 8, 10. certa manus uno telo potest esse contenta 4, 5, 14. nec quisquam vero contentus est 8, 6, 75. contenti fore domestico usu videbamur, ut tui meique filii formare disciplinam satis putaremus 4, Pr. 1; *absolute:* interim sufficere illos minores existimant, et, bono sane stomacho, contenti sunt 2, 3, 3 *N.* *β*) *c. Inf.:* contentum esse id consequi, quod imiteris 10, 2, 7. non contenti divisione dirigere (*materias*) 2, 6, 1. contentus indicare 4, 2, 128. — legere 2, 15, 24. — hoc notare 1, 5, 17. — ostendere 5, 10, 31. — tradere 1, 4, 23. cotidiano sermoni, quo cum amicis loquimur, contento promere animi voluntatem, nihilque arcessiti et elaborati requirente 12, 10, 40. enthymema tantum intenta intelligi contentum sit 5, 14, 24; hoc modo in his annotasse contenti 8, 6, 2. ea sola didicisse fuerunt contenti 12, 11, 20. curae testimonium meruisse contentus 3, 1, 22. gradum ex his fecisse contenti 3, 6, 8. interim notasse contentum 6, 2, 23 *N.*; breviter ordinem rei protulisse contentus (*Z. de conj. Sp. non cont.; nisi forte in recepta sit sensus: quanquam — cont. esse debebat*) 11, 1, 53 *N. cr.*

Contero. infelix supellex, quae pluribus et diversis officiis conteratur 2, 4, 29. tempora, quae spectaculis, tesseris *etc.* conteruntur (*sic opt. Codd.*, *Sp.* conterunt) 1, 12, 18 *S.* *v.* Impendo. causae debita tempora conviciando conteremus 6, 4, 13.

Contexo. cogitatio — totam ita orationem contexit ut ei nihil praeter manum desit 10, 6, 2. omnes (*partes*) contexere 4, Pr. 7. nec ea (*memoria*) pauca contexit (*verba*) 11, 2, 8. quae statim referri non poterant, contexuntur postera die *ib.* 43. quae non dubie contexta sunt (*membra atque incisa*) 9, 4, 67; nec liber est impetus, nec cura contexta 12, 9, 18. decurrentes contexto nitore circuitus 11, 1, 6. in verbis singulis et contextis 9, 4, 23. oratio alia vincta atque contexta, soluta alia *ib.* 19. ut, quemadmodum ἀλληγορίαν facit continua μεταφορὰ, sic hoc schema faciat tropos ille contextus (*sic Z. ex Codd. restituit, vulg.* troporum i. c.) 9, 2, 46 *S.*

Contextus. — non interrumpendus est 11, 3, 39. contextum dicendi intermittere 10, 7, 26. rerum ac verborum cont. sequi 11, 2, 2. ut contextum verborum continuet crebra meditatio *ib.* 28; per partes dissolvitur, quod contextu nocet 5, 13, 28. nec ullam in contextu varietatem (*rhythmi habent*) 9, 4, 55. historia non tam finitos numeros quam orbem quend. contextumque desiderat *ib.* 129. lenis et fluens cont. *ib.* 127; ne brevium contextu resultent (*media*) *ib.* 66. tum disciplinae, post hoc operum, id est dictorum factorumque, cont. 3, 7, 15. literarum nomina et contextum 1, 1, 24. recto illo, quo primum scribi solent (*literae*), contextu *ib.* 25. in contextu sermonis 8, 3, 38. 8, 6, 21. *v.* Continuatio. fortuiti sermonis cont. 10, 7, 13. [troporum cont. 9, 2, 46. v. Contexo.] sermonis alicujus habiti verborum cont. 11, 2, 24.

Conticesco. conticescunt ad hos casus 6, 1, 42. *cf.* 2, 15, 28.

Continentia. (*virtus*) 2, 21, 3. 3, 7, 15. 4, 5, 27. 5, 10, 57. 73. 7, 4, 6. 12, 2, 30. corpus continentia juvatur 5, 10, 121. Socratis invictam cont. 8, 4, 23. *v.* Abstinentia.

Contineo. I) *proprie.* *α*) homines, qui invicem manibus apprehensis gradum firmant, continent et continentur 9, 4, 129. alios (*nervos*) trahunt, continent, praebent (*citharoedi*) 1, 12, 3; semper manum intra pallium continentes 12, 10, 21. domi atque intra parietes con-

tinere studentem 1, 2, 1; pars togae, quae postea imponitur, sit inferior: nam ita et sedet melius et continetur 11, 3, 140. *β) i. q. complector:* ex eo, quod continetur, usus recipit: bene moratas urbes et poculum epotum *etc.* (*tropos*) 8, 6, 24. (*cera*) continebitur utrinque marginibus 1, 1, 27. spatium, quod his lineis continetur 1, 10, 40. brachium veste continebatur 11, 3, 138. majora animalia diutius visceribus continerentur 10, 3, 4. omnis eloquentia contineri tecto ac parietibus videretur 10, 5, 18. II) *transl.* *α) i. q. detineo, coërceo:* quosd. continet metus, quosd. debilitat 1, 3, 6. *cf.* 12, 7, 2. rixatores quosd. neque judicum reverentia, neque more ac modo agendi contineri 11, 1, 29; acuta intra numerum trium syllabarum continetur 1, 5, 30. (*facies*) saepius in ea, quam natura dedit, specie continenda est 9, 3, 101. de re et generales quaestiones sunt et definitae, id est, et quae non continentur, et quae continentur (*sc. ipsius rei finibus*) 7, 2, 1; profectus non a summo petitus studiorum fructus et fundit uberius, et fidelius continet 10, 3, 2. memoriae duplex virtus, facile percipere et fideliter continere 1, 3, 1. non firme continere, verum etiam cito percipere 11, 2, 2. ut, quae per plures dies scribimus ediscendi causa, cogitatione ipsa contineat (*sc. mentis intentio Z., sed propius Codd. erit:* scr., si ediscenda sint, cogitationes ipsae contineant) 11, 2, 10 *N. cr.* in iis, quae cogitamus, continendis *ib.* 36. memoriam ab aliquo simili transferunt ad id, quod continendum est *ib.* 30. hac (*memoria*) omnia, quaecunque in orationem collata sunt, continentur 3, 3, 10. *v.* Memoria. non minore studio continetur haec facultas, quam paratur 10, 7, 24. per incrementa tam modica augenda vis, et exercitatione multa continenda est 10, 6, 3 *N.* *γ) i. q. comprehendo.* a) *Act.:* quae (*linea*) centum continet (*pedes*) 1, 10, 44. quando ipsos loqui deceat, quartus liber continet 11, 1, 59. *cf.* Pr. 21. quod tabulae continent 5, 5, 2; dum rem contineant (*sententiae*) 12, 10, 48 *N. cf.* 3, 6, 104. vox paucas — species continet 11, 3, 18. narrationes, quae summam criminis contineant 4, 2, 10. aut non sunt omnino, quae promittebantur, aut minus continent (*testimonia*) 12, 8, 12; haec judiciales causas et rationali parte et legali continent 3, 6, 82; continet in se multam eruditionem (*etymologia*) 1, 6, 31. *cf.* 2, 10, 2. ἐπιδεικτικὸν — ut continet laudativum in se genus, ita non intra hoc solum consistit 3, 4, 13. b) *Pass.:* quae philosophorum libris continentur Pr. 11. *cf.* 6, 2, 5. sicut superiore libro continetur 11, 1, 1. his fere, quae in proximos quinque libros collata sunt, ratio inveniendi atq. inventa disponendi continetur 8, Pr. 1. tabulas, quibus centum talenta — dedisse Thebanos continebatur 5, 10, 111. utrumque eod. modo verbo continetur, venit 11, 3, 6. singulis verbis bini pedes continentur 9, 4, 65. non contineri lege, nisi noxium ferrum 7, 6, 8. quae talibus disciplinis continentur 12, 2, 29. est unum genus, quo laus ac vituperatio continetur 3, 4, 12. quae aut scripti et voluntatis, aut ratiocinativae *etc.* specie continentur 8, Pr. 10 *N. et S.;* versus paucis (*pedibus*) continetur 9, 4, 60. tot rerum, quibus praecipue civitas continetur 12, 3, 1. *δ) i. q. nitor:* quo judicium continetur 3, 6, 91. maximus ejus (*rhetorices*) usus actu continetur 2, 18, 5. illud prius (*vitium*) adjectione, detractione *etc.*, hoc secundum divisione, complexione *etc.* contineri 1, 5, 6. haec actio facto atque animo continetur 7, 4, 32. quae non tam dicendi arte, quam officiis agentis continentur 12, 9, 1. *cf.* 2, 17, 23. eas posse thesis aliquando nominari, quae personis causisque contineantur 3, 5, 11. quae aut conjectura aut qualitate continentur 3, 6, 88. quaestio juris omnis aut verborum proprietate, aut aequi disputatione *etc.*

continetur 12, 2, 19. promtum hoc exercitatione sola continetur 10, 7, 24. id, quod sum dicturus, exemplis magis, quam praeceptis ullis continetur 4, 2, 116. artis magna pars contineatur imitatione 10, 2, 1. hoc (*jure belli*) regna, populos, fines gentium atque urbium contineri 5, 10, 113. nervis illis, quibus causa continetur 5, 8, 2. controversiae, quae certis agentium nominibus continentur 3, 8, 52. *cf.* 2, 1, 9. si uno et brevi praescripto contineretur (*rhetorice*) 2, 13, 2. causae, quae vel solis extra artem probationibus, vel mixtis continentur 6, 4, 4. tanquam causa non iisd. omnibus, quibus ceterae leges, quaestionibus contineretur 7, 5, 2. laudativum genus qualitate maxime contineri 3, 7, 28. tumorem, qui spondeis atq. iambis maxime continetur 9, 4, 140. ceterae partes hoc velut spiritu continentur 11, 2, 1. cum omnis causa contineatur aliquo statu 3, 6, 1. quae (*summa*) neque perfici neque contineri potest, nisi usu 10, 7, 18. *s*) *Partic.*: Quid sit continens 3, *Cap.* 11. — est in omni genere causarum 3, 6, 103. continentia, quasi firmamenta defensionis, quibus sublatis defensio nulla sit 3, 11, 18.

Contingo. I) *proprie:* quotiens M vocalem verbi sequenti scontingit 9, 4, 40; quae neutram personam contingunt 6, 3, 24. II) *transl.* *α*) id contingit, cum *etc.* 6, 2, 22. quod ita continget, si *etc.* 7, 10, 17. et contigit utrumque 9, 2, 74. ut sunt maxime optanda, ita non semper possunt contingere 4, 1, 13. si consilium contingat semper bonorum atque sapientium 3, 8, 2. Nota sit primum dicendi via. Neque enim prius contingere cursus potest, quam scierimus, quo sit et qua perveniendum 10, 7, 5. cum facultas illa contigerit 10, 3, 10. quod si nulla contingit excusatio 11, 1, 81. si liberalior materia contigerit 2, 8, 12. quando tot auctorum notitia contingeret 1, 2, 12. si tamen aut valetudinis vi *etc.* summa non contingit, medicinae fine non excidet (*medicus*) 2, 17, 25; si id non continget 5, 2, 3. si id non contigerit 7, 1, 27. quod si non contingat Pr. 20. quod si continget 9, 3, 27. quod cum contingit 12, 10, 28. si contigit 12, 9, 8. si continget 4, 2, 89. 5, 7, 26. 12, 9, 16. si non contingit 5, 7, 19. quo modo contingat *ib.* 8. quotiens continget 10, 1, 22. quotiens contigerit 11, 1, 78. *β*) *adj. Praepos. aut Ablat.:* nihil horum, nisi in complexu loquendi serieque contingit 1, 5, 3. conting. ead. claritas ex accidentibus 8, 3, 70. gratiam illam expositionis, quae continget ex sermone puro atq. dilucido 11, 1, 53; quia memoria atq. actio natura non arte contingant 3, 3, 4. stilo facultas continget, auditione judicium 2, 2, 11. donec exercitatione contingat emendata velocitas 1, 1, 33. contingit haec virtus usu 5, 7, 28. istud non negligentia judicis contingit 4, 1, 37. *γ*) *c. Dat.:* (*rhetoricen*) veram nisi justo ac bono non contingere 2, 15, 28. non aliunde majores opes, honores *etc.* hominibus contigisse 12, 11, 29. paene ultimam oratoribus artem compositionis contigisse 9, 4, 16. nec hoc oratori contingere inter adversarios, quod Pythagorae inter discipulos potest 11, 1, 27. *cf.* 10, 4, 3. dignus vir, cui et mens melior et vita longior contigisset 10, 1, 115. *cf. ib.* 120 non displicuisse illi jocos, sed non contigisse 6, 3, 2. quod nobis volentibus facile continget 6, 2, 30. cum tanto plura bene dicendi exempla supersint, quam illis contigerunt 10, 2, 28; in foro quoque contingere istud principiorum genus secundis actionibus 4, 1, 4. est interim et aspectus et habitus oris *etc.* non inurbanus, cum iis modus contingit 6, 3, 26 *N. cr.* nunquam hoc continget malis moribus regnum 5, 12, 19. felicissimus sermo, cui et rectus ordo et apta junctura *etc.* contingit 9, 4, 27. *δ*) *c. Inf.:* nonnunquam contingit judicis quoque *etc.* dictum aliquod aut

factum assumere (*a. l.* ut assumant) 5, 11, 43. concitare invidiam *etc.* liberius in peroratione conting. 6, 1, 14. forsan et consummare contingat 12, 1, 31. quos mihi cognoscere contigit 12, 11, 3. interim et singulos, ut exornare, ita destruere conting. 5, 7, 25. quibus discere ipsis non contig. 1, 1, 7. Illa vero jucundissima, si contingat aliquod ex adversario ducere argumentum 6, 1, 4. si tamen non continget, quales maxime velim, nutrices *etc.* habere 1, 1, 11. Ita mihi contingat herede filio mori 9, 2, 98. ut oculis subjicere contingat 6, 3, 38. *ε*) *seq. ut:* mihi nunquam, ut ipse interessem contigit 11, 2, 51. Sic enim continget, ut videatur 4, 1, 7. Sic contingit, ut aliquis sensus vehemens et acer venustatem aliquam — accipiat 9, 3, 72. 11, 2, 39.

Continuatio. alios continuatio extundit, in aliis plus impetus facit 1, 3, 6. vitium, quod erat in fine, contin. emendat *ib.* 70. brevium verborum ac nominum vitanda contin., et ex diverso quoque longorum *ib.* 42. epilogus — desiderat quand. concisorum continuat. 11, 3, 170. plus est obscuritatis in contextu et continuatione sermonis 8, 2, 14. dum continuationi sermonis medius aliquis sensus intervenit 9, 3, 23; *i. q. periodus* 9, 4, 22. 124.

Continuo. *α*) contextum verborum continuet crebra meditatio 11, 2, 28. ad continuandam (*lectionem*) vel accelerandam 1, 1, 31. monosyllaba, si plura sunt, male continuabuntur 9, 4, 42. possunt aliquando continuari duae (*praepositiones*) 1, 5, 65. verba continuant 1, 3, 4. continuandi verba facultate 4, 1, 61 *Z.* continuabat (*a. l.* concinebat) quam posset plurimos versus 11, 3, 54. breves si miscentur cum quibusd. longis currunt, si continuantur, exultant 9, 4, 91. *β*) ne verba quidem verbis, aut nomina nominibus continuari 9, 4, 43. durum, si desinas: sed cum est continuatum iis, quae sequuntur — salvus est cursus *ib.* 70; continuata cum insequente (*litera*) 8, 3, 45; non utique ab hoc initio continuare operam 12, 6, 6. *γ*) continuatum *fig. ap. Cic.* 9, 1, 35.

Continuo. *Adv.:* subitae necessitates cont. agendi 10, 7, 2. cont. illi memoriam suam experiri licet 11, 2, 34. ubi occurrendum cont. 12, 3, 3. quos cont. subjungerem 8, 4, 29. non tamen cont. tradendos eminentissimo 2, 3, 1; continuo (*a. l.* continue) et sine frustratione 2, 20, 3. cont. (*a. l.* continue) aut certe nimium frequenter 9, 1, 11 *N. cr.* continuone, si ille stulte cogitavit, nobis quoque stulte dicendum est? 9, 2, 84.

Continuus. — affectus 6, 2, 10. — compositio 9, 4, 142. quinque cont. dactylos *ib.* 49. — exercitatio Pr. 27. cont. expositio *opp.* partita 7, 10, 11. ab exordio usque ad ultimam vocem continuus quidam gemitus 11, 1, 54. — impetus 10, 7, 14. — labor 1, 3, 8. — lectio 11, 2, 34. cont. et decurrentes locos 11, 3, 84. si non crebra haec lumina et cont. fuerint 12, 10, 46. post breve tempus continui lusus 1, 12, 10. — μεταφορά 9, 2, 46. ne actionem continuo motu concideret 11, 3, 107. continua an divisa narratio 2, 13, 5. — obtutus 1, 2, 11. oratio cont. 7, 10, 17. *v.* Compono. *cf.* 6, 1, 46. 6, 4, 1. *v.* Particula. narratio est probationis continua propositio 4, 2, 79. quia aut singulis statim ratio subjiciatur; — aut, positis duobus vel tribus, eodem ordine singulis continua (*a. l.* continuo) reddatur 9, 3, 95. non in aliquam rem unam, sed in plures simul continuas 10, 7, 16. continuum sermonem — dividit 11, 3, 37. — sententias 10, 5, 7. continuo magis orationis tractu 5, 8, 2. — usus *opp.* opportunus 8, 6, 14. non potest ferri contorta vis, sed — non continua, sed composita est 10, 7, 14.

Contio. I) *coetus populi*: cont. turbulentae 5, 13, 39. sapientium comnes atq. omne consilium 2, 17, 28; in illis fluctibus contionum 8, — fremitus 10, 3, 30. — procellae *ib.* 7 *N.*; in judiciis, consi contionib., senatu, omni denique loco 12, 11, 1. *v.* Sen in sermonib., circulis, conviviis, item in contionib. *De Mars.* 6, 3, 105; percussus in contione 6, 1, 16. in contionib. quentem 10, 1, 101. quis philosophorum clarus in contionib. fuit 2, 7. pro contione suadere ac dissuadere 2, 4, 33. *cf.* 4, 4, 8. II) *oratio ad populum:* Ciceronis sententiae et contiones non m clarum, quam est in accusationib. et defensionib., eloque lumen ostendunt 3, 8, 65. in his (*historiis*) contiones atq. sent tiae plerumque suadendi ac dissuadendi funguntur officio *ib.* 67. *c* 4, 18. sententiarum in senatu, et contionum et privator consiliorum servabit discrimina 12, 10, 70. funebres cont. tri atq. summissae 11, 3, 153. in contione contra Catilinam 5, 11, 42 ut Cic. dicit contra Metelli cont. 9, 3, 50. contione prohibetur 7, 3 *N.* ille contionibus, hic sermonibus melior 10, 1, 73.

Contionalis. — oratio 3, 4, 1 *N.* 9. judiciale et cont. genus 9, 130. omne hoc officium cont. esse 3, 8, 14.

Contionor. contionanti Graccho 1, 10, 27. qui bona paterna consu serit, ne contionetur 3, 11, 13. ex meretrice natus ne cont. 7, 6, 3.

Contorqueo. I) magna contorsit equum vi (*versus*) 8, 6, 9. contorta se aqua 8, 2, 7. hastam speciosissime contortam 9, 4, 8. II) conto vis 10, 7, 14. *v.* Continuus.

Contra. I) *Praepos.*: minores contra dignitatem attollendi 12, 7, 6. c pillos a fronte contr. naturam retroagere 11, 3, 160. figurae cont rationem (*Sp.* fidem) loquendi receptae 4, 2, 118; simplicior cont tabulas pugna 5, 7, 1. contra veritatem obstinatus 12, 1, 10. [tractatu — contra (*Sp. conj.* circa, *quod exhibet Par.* 1.) partes divination 5, 7, 35 *N.*]; contra id dicit 9, 2, 89. si contr. id, quod dicimu finguntur (*supercilia*) 11, 3, 79. Contra quod (*a. l.* quae) disertus inquit 7, 1, 53. non alius ex nostris contr. Ciceronem nominaretu 10, 1, 114. contr. quas (*leges*) nihil opponi potest 7, 7, 5. licentia malis dari certe contr. bonos est 12, 7, 1. licet omnia contr. nos sin 4, 2, 75. *cf. ib.* 66. omnia, quae contr. haec sunt 5, 10, 90. quid tan videri potest contr. Cluentium quam censoria nota? 5, 13, 32. contr inimicos atq. obtrectatores plus vindicant sibi 11, 1, 23; contra eo proque iis confligitur 5, 7, 3. quorum alter pro Aufidio, contr dixit alter 10, 1, 22; Contra quae (*a. l.* Contraque) est interim prooemii vis etiam non in exordio 4, 1, 73 *Z.* II) *Adv.* *a*) *de loco:* cum ab eo miles nescio quid improbe peteret, veniret contra (*Z. conjic* et v. c.) Marcianus 6, 3, 95 *N.* relinquendae contra erunt vacuae tabellae 10, 3, 32. *β*) *transl.* a) non idem accidet contr. 8, 6, 3. 9, 1, 42. agentium contr. 4, 1, 8. contr. frequenter ad aliquid descendimus 9, 2, 23. quae contr. dicuntur 1, 5, 6. contr. dicta 4, Pr. 6. Contr., quod palam est, dicit 7, 1, 52. contr. disputant 2, 15, 26. quidquid omnino excogitari contr. potest 12, 8, 10. fit contr. non indecore 9, 4, 24. inveniendum contr. est 5, 10, 114. ut torrens judicem vel nitentem contr. feret 12, 10, 61. honores contr. peteret 6, 1, 17. quae sunt contr. posita 12, 2, 5. contr. recitabatur testamentum 9, 2, 35. contr. sentiunt 2, 17, 40. 3, 1, 5. id, quod sit contr., fateri 7, 3, 14. quod est contr. 9, 4, 72. 8, 6, 25. cum verba (*legis*) contr. sint 7, 1, 49. quod idem contr. valet 9, 2, 49; multa Critolaus contra 2, 17, 15. nec solum in eod. sensu, sed etiam in diverso ead. verba contra

(*sc.* *sunt*; *edd. adjic.* summuntur) 9, 3, 36 *N. et N. cr.*; relinquendae contra erunt vacuae tabellae 10, 3, 32. cum veniret contra Marcianus 6, 3, 95 *N.* b) *adjecta Conjunctione:* Et contra Cic. ad Brutum — inquit 8, 6, 20. An credibile sit, a filio patrem occisum, incestum cum filia commissum? et contra, veneficium in noverca, adulterium in luxurioso? 5, 10, 19 *N. cf.* 3, 8, 32. 5, 10, 48. 71. 9, 3, 7. 9, 4, 44. 52. Est autem, quod omnes et semper et ubique deceat, facere ac dicere honeste: contraque neminem ullo in loco turpiter 11, 1, 14. *cf.* 1, 12, 4. 8, 4, 1. de ordine laudis contraque praecipiemus suo tempore 2, 4, 21. *cf.* 7, 2, 31 *Z.* at contra 8, 6, 33. aut contra 1, 5, 68. (*a. l.* ac contr. *N. cr.*) 5, 10, 64. 80. sapienter aut contra 2, 5, 15. in quibus patrium pro possessivo dicitur, vel contra 1, 5, 45. *cf.* 3, 7, 2. 4, 2, 52. 5, 10, 40. 9, 4, 96. ut ex uno plures intelligamus *etc.*, vel omnia haec contra 8, 6, 19 *N. cr.* neque — nec contra 10, 2, 22. ut haec in unum congeruntur, ita contra illa dispersa sunt 9, 3, 39.

Contractio. humerorum allevatio et contractio 11, 3, 83.

Contractus. ante ipsum rei contractum (*i. e. initium*) 4, 2, 49 *N.*

Contradico. causas contradicendi 9, 2, 83. cuicunque adversarius non contradicit 5, 10, 13. quibus (*legibus*) contradici possit 7, 7, 4. pater ei (*optioni*) contradicit 9, 2, 81.

Contradictio. ubi contradictioni locus non est 3, 8, 34. aliquid simile contradictioni 5, 13, 49. in scholis recte et contradictionibus (*Gernh. ex illo optt. codicum ante et inserto* plenaribus *conjic.* plenioribus) occurremus *ib.* 50; ubi nobis ipsi fingimus contradictionem 7, 3, 20. contradict. nobis oppositae 5, 13, 38. ne contradict. eas ponant, quibus facile responderi possit *ib.* 42. ponuntur hae contradict. in secundo Ciceronis de oratore libro 2, 17, 36. contradict. solvere 7, 1, 38. contradictionem sumere 11, 3, 163 *N.*; cum pro petitore dicunt, et expositione, tanquam priores agant, uti solent; et contradictione, tanquam respondeant 4, 2, 29 *N.* qui loci oriuntur ex contradictione 3, 8, 27. in contradictione (*sic ad Codd. propius quam vulg.* contradictionibus) interim totum crimen exponitur 5, 13, 28 *N. cr.*

Contraho. I) *proprie.* α) copias contrahere 12, 3, 5. quos contraxi satellites 7, 2, 54. contraxisse aliquam perniciosam ceteris gentem 3, 7, 21. β) collum contrahitur et tenditur 11, 3, 82. quo medius digitus in pollicem contrahitur *ib.* 92 *N.* (*superciliis*) contrahitur, (*frons*) *ib.* 78. *v.* Attollo. gestus, qui contrahit alterno celerique motu et explicat manum *ib.* 102. contractis superciliis *ib.* 79. contrahit vela 12, Pr. 4; contracta cervicula 11, 3, 180. tres contracti (*digiti*) *ib.* 94. tanto contractioribus ultimis digitis *ib.* 95. II) *transl.* α) Ciceronis contraxit (*commentarios*) 10, 7, 31. nonnunquam summittenda et contrahenda oratio 11, 1, 45. ut breviter contraham summam 5, 10, 94. contrahere tempora dicendi 6, 5, 4. [cum decoris gratia contrahitur (*Sp. conj.* trajicitur; *Amb.* 1. trahitur) longius verbum 8, 6, 65 *N. cr.*] quaelibet ex iis artibus in paucos libros contrahi solet 12, 11, 16; fundere, quae natura contracta sunt 10, 5, 11 *N.* contractum dicendi propositum *opp.* uberius 11, 1, 32. summissa atq. contracta voce *opp.* erecta et concitata *ib.* 175. *cf.* 48. 64. β) *i. q. comparo:* cruditate contracta 7, 3, 33. quidquid humoris corrupti contraxerit 2, 10, 6. inimicitias domui (*a. l.* domi) contraxeras 7, 1, 53 *N. cr.*; ut — exoletos scrutatus auctores id ipsum petat ex his, quae inde contraxerit, quod non intelliguntur 8, 2, 12 *N. cr.*

Contrapono. nec semper quod adversum est contraponitur 9, 3, 84; contrapositum vel, ut quidam dicunt, contentio (*ἀντίθετον* dicitur) *ib.* 81. contrapositum subjungitur *ib.* 83. similiter cadentia quaed. et contraposita 9, 4, 18. quis ferat contrapositis et pariter cadentibus irascentem *etc.* 9, 3, 102. etiam in contrapositis vel comparativis solet respondere primorum verborum alterna repetitio *ib.* 32. *v.* Contra.

Contrarius. *α*) *simpliciter.* a) *Neutr. Sing.:* contrarium (*fig.*) 9, 1, 34. — hoc enim puto, quod dicitur *ἐναντιότης* 9, 3, 90 enthymema Cornificius contrarium appellat 5, 10, 2; est contrar., quo adversarius bene uti potest 5, 13, 29. rerum vitia sunt contrarium *etc.* 8, 3, 57. *v.* Communis. non utique contrarium, ut in *εἰρωνείᾳ* 9, 2, 65. quid porro tam contr., quam eum, qui accusetur — confirmare id ipsa defensione, quod diluendum est *ib.* 80. id contr. ostendit Cicero 5, 13, 17. commune qui prior dicit, contrarium facit *ib.* 29. in una controversia sequi contr. supervacuum est 9, 2, 86 *N.* ne carmine quidem ludere contr. fuerit 10, 5, 15. a contrario incipere 4, 1, 50. b) *Neutr. Plur.:* contraria aut sibi repugnantia 4, 2, 60. non solum dissimilia sed etiam aliquando contraria 7, 2, 29. *v.* Dissimilis. ut contraria vitemus et communia 6, 5, 2. genus figurarum, quod aut similitudine aliqua vocum, aut paribus aut contrariis convertit in se aures et excitat 9, 3, 66. gratiam dicendi et paribus et contrariis (*sic Z. et Gernh.; Sp.* e p. contr.; *opti. Codd.* et p. c.) acquirere *ib.* 74 *N. et N. cr.* palam contraria 5, 13, 16 *N.* contrariorum aliter accipi opposita, aliter noxia, aliter repugnantia, aliter disparata 5, 11, 31. quorum contraria in diversum valent 5, 10, 49. haec contraria dicendi, quam quae intelligi velis, ratio 9, 2, 50. *cf.* 5, 6, 6. in eo genere, quo contraria ostenduntur, ironia est 8, 6, 54; plurima contrariis probantur 12, 1, 35. bonae rei gratia quaed. contrariis significemus 8, 6, 57. a contrariis aliqua trahi 1, 6, 34. c) *in contrarium:* si res in contr. tulit 11, 1, 8. quae praepositionibus in contr. mutantur 9, 3, 71. quaed. in contr. non recurrunt 5, 9, 6. vertit in contr. eand. figuram 9, 3, 33. *cf.* 3, 11, 5. vim rerum in contr. vertet (*ornatus*) 11, 1, 2. d) *ex contrario:* ex contrario non una species (*ridiculi*) 6, 3, 64. quae ex (*Sp.* e) contrario dicuntur 6, 4, 10 *Z.* plane e contr. ductis 4, 1, 14. etiam ex contr. argumenta ducuntur 7, 3, 30; melior (*geminatio*), cum ex contrariis valet 8, 5, 18. quae est sententia ex contr. *ib.* 9; Sed e contrario quoque accidit 10, 1, 19. *cf.* 11, 3, 39. sed ex contr. 6, 3, 64. vel ex contr. 6, 1, 16 quin e contr. 1, 5, 43. 5, 14, 4. *β*) *c. Dat.:* his contraria 2, 17, 30. 3, 8, 48. 5, 10, 26, 9, 4, 131. quod huic contrarium est 7, 6, 11. cui natura contrarium sed errore par est 8, 3, 48. contraria iis, quae intelligi volunt 8, 6, 56. contraria iis, quae dixerat 6, 3, 44. *cf.* 9, 2, 44. cum ipsi, qui dicit, inutile, tum contrarium causae 12, 9, 11. contraria sunt omnia duobus filiis 4, 2, 72. contraria laudi 8, 3, 41. quod est contrar. serio 6, 3, 21. movendis affectibus contrarium 11, 3, 58; duo inter se contraria 5, 10, 68. *γ*) *c. Nominib. junctum:* a) contrarium exemplum 5, 11, 7. 13. an ambigua, an contraria, an communis est finitio 7, 3, 20. ex contrario facto 7, 4, 9. jus contr. 5, 11, 32. contr. leges 3, 6, 43. *v.* Lex. quam (*perspicuitatem*) quidam contrariam etiam interim putaverunt 4, 2, 64. propositum dissimile vel contrarium 5, 14, 4. redditio contr. 8, 3, 77. ejusd. verbi contraria significatio 9, 3, 68. utique supervacua, sed interim etiam contraria (*locutio*) 2, 4, 32. b) *adj.*

Dat.: figuras palam contrarias causae 9, 2, 81. illam aspirationis (*literam*), quae, si necessaria est, etiam contrariam sibi poscit 1, 4, 9. contrarius qui est bacchio (*pes*) 9, 4, 102. *cf. ib.* 80. 111. ei contrarius (ῥυθμός) *ib.* 47. contraria est neganti confessionis simulatio 6, 3, 81. huic contr. studium 8, 5, 32. virtus ei (*amplificationi*) contr. 2, 5, 9. illi virtuti contr. vitium 11, 3, 44. *cf.* 6, 3, 17. 11, 3, 52. 12, 5, 2; actiones inter se contr. 10, 1, 22. contr. inter se effectus 1, 10, 6. diversas opiniones et quasd. etiam inter se contrarias Pr. 2.

sed difficiliores artes 12, 11, 10. difficiliores pedes 9, 4, 20. difficilior ei ratio in judicio Cluentiano fuit 11, 1, 74; controversiam non illam sane difficillimam 7, 1, 41. difficillima est gravissimi cujusque sceleris fides 4, 3, 6. opus inquisitione opinionum — longe difficillimum 3, 1, 2. illa Romanis difficillima sublimitate 10, 5, 2. difficillima quaeque syllabarum 1, 1, 30.

Difficultas. α) cum major diffic. (*sc. est*) 7, 2, 44. si manet eadem, quae fuit incipientibus, diffic. 10, 7, 4. habent in meritis gratiam periculum quoque et difficultas 7, 4, 22. utilissima est exercitationi diffic. 10, 5, 8; quod est sane summae difficultatis 11, 1, 60. quae (*controversiae*) difficultatis gratia placent 9, 2, 77. difficultatis patrocinia praeteximus segnitiae 1, 12, 16; difficultate institutionis tam numerosae atque perplexae (*a. l.* innumerosae, *al.* sinuosae) 8 Pr. 2. difficultas materiae 2, 17, 4. — personae 3, 8, 49. difficultate probationis (*a. l.* probandi) 7, 1, 32. in tanta rei difficultate 10, 2, 26. 6, 3, 6; in arte praecipue laudabilis est ipsa illa diffic. 2, 13, 10. quanta sit in ea (*virtute*) diffic. 6, 3, 1. diffic. in eluendis vitiis 2, 8, 2. in his minor est labor, illic plus difficultatis 11, 1, 68. β) *Accus.*: affert summam rei difficultatem 6, 3, 6. si difficultatem facit doctrina 10, 3, 16. diligentiam facere sibi scribendi difficultatem 10, 3, 11. difficultatem inveniendi fatetur 11, 3, 52. tantam diffic. habet similitudo 10, 2, 10. *cf.* 12, 3, 7. consuetudine, qua difficultas omni levatur 11, 3, 24. praeposuit pulcherrimo cuique operi difficultatem 10, 3, 4. γ) *Plur.*: inspiciuntur utique difficultates, occasiones 7, 2, 45. per omnes difficultates 12, Pr. 1.

Difficulter. α) hic meus, quae tradentur, non diffic. accipiet 1, 3, 3. β) *Comparat.*: ne laborem difficilius tolerent 1, 12, 8. quae diff. haerent 11, 2, 28.

Diffidentia. fateri memoriae diffidentiam 11, 3, 142. calorem cogitationis extinguit mora et diffidentia (*a. l.* differentia) 8, Pr. 27. nec pudor videtur, quod non palam objicias, sed diffidentia 9, 2, 72. pro diffidentia premitur absentia (*signatorum*) 5, 7, 1.

Diffidenter. timide et diffidenter 4, 1, 36.

Diffido. cum placere se in dicendo diffideret 10, 1, 126; nihil est odiosius recta illa repetitione velut memoriae judicis diffidentis 6, 1, 2. diffidentes iis, quae jam sciunt 1, 1, 33.

Diffiteor. quidam naturalem esse rhetoricen volunt, et tamen adjuvari exercitatione non diffitentur 2, 17, 5.

Diffundo. reservandi perorationi, an per totam actionem diffundendi affectus? 7, 10, 12.

Digamma. (*Z.* digammon) — Aeolicum 1, 4, 7 *N.*

Digero. I) *de cibo:* quo facilius digerantur (*cibi*) 10, 1, 19 *N.* digestum cibum 11, 2, 35. II) *transl. i. q.* dispono: α) haec ita digerunt 11, 2, 29. non solum in digerendis quaestionibus, sed etiam in exequendis *ib.* 37. inordinata digerere (*a. l.* dirigere), soluta componere *etc.* (*stilo*) 10, 4, 1 *N. cr.* β) in libros digesti (*commentarii*) 10, 7, 30. in partes suas digerenda (*a. l.* dirigenda) causa 11, 1, 6. (*res*) in ordinem digestas 7, Pr. 1. *v.* Committo; in digitos argumenta digerimus 11, 3, 114.

Digestio. facilis ciborum digestio, id est frugalitas 11, 3, 19. (*fig. ap. Cic.*) 9, 1, 31. 9, 2, 2.

Digitus. α) digiti pars (*manus*) 7, 10, 7. a) — extremi 11, 3, 99. — minimus *ib.* 95. 100. — medius *ib.* 92. — priores *ib.* 99. — pollici

proximus *ib.* 101. — quartus *ib.* 99. — summi *ib.* 103. 124. 125. — ille, quo usum optime Crassum Cicero dicit —. Is in exprobrando et indicando, unde et ei nomen est, valet *etc. ib.* 94. uncis digitis *ib.* 119; digitorum incertus aut indecorus gestus 1, 10, 35 *N.* digitorum ictu intervalla signant 9, 4, 51 *N.* crebro digitorum labiorumque motu 11, 3, 160. ad strepitum digitorum 9, 4, 55. b) quattuor primis leviter in summum coëuntibus digitis 11, 3, 96. digitos, cum summi coierunt, ad nos (*a. l.* os) referre *ib.* 103. compressis tribus digitis *ib.* 102. medius dig. in pollicem contrahitur, explicitis tribus *ib.* 92. cum tres contracti pollice premuntur *ib.* 94. tanto contractioribus ultimis digitis, quanto priores descenderunt *ib.* 95. duobus modice curvatis digitis *ib.* binos interim digitos distinguimus, sed non inserto pollice 11, 3, 98. digito, quantum plurimum possunt, erecto *ib.* 120. explicantibus se in proferenda manu digitis *ib.* 84. tum digitus ille — explicari solet *ib.* 94. digitis leviter inflexis *ib.* 142. interim quartus oblique reponitur, interim quattuor remissis magis quam tensis, — manum facimus *ib.* 99. deorsum spectantibus digitis *ib.* 97. versus in terram et quasi pronus *ib.* 94. γ) digito inquietare nares *ib.* 80. qui sententias vibrantes digitis jaculantur *ib.* 120. summis digitis pectus appetere *ib.* 124. β) *in pedibus:* dexter (*pes*) summis digitis suspenditur 11, 3, 125. statura breves in digitos eriguntur 2, 3, 8. γ) *formulae dicendi:* ad digitum (*vulg. lect.* at digito) pugnavi 8, 5, 20 *N. cf. Drakenb. ad Liv.* VII, 2, 10. argumenta diducet in digitos 11, 1, 53. *v.* Argumentum.

Digne. quo digne (*a. l.* digno) modo patris vultum posset exprimere 2, 13, 13.

Dignitas. I) *de honesta condicione.* α) extra (*valent in causis*) nobilitas, dignitas, propinqui, amici 7, 4, 18. dignitas et tuetur reum, et nonnunquam ipsa in argumentum facti convertitur 7, 2, 32; populus Rom., apud quem summa semper oratoribus dignitas fuit 2, 16, 8; dignitatem Messalae (*in dicendo*) 12, 10, 11. sunt humilia infra dignitatem rerum aut ordinis 8, 2, 2. secundum debitam rerum dignitatem 12, 1, 8. *cf.* 8, 3, 38. prout verborum dignitas *etc.* postulabit 11, 3, 46. magna est subsequendi dignitas 12, 11, 28. β) fortuna dignitatem affert 3, 7, 13. tum dignitas ejus (*litigatoris*) allegatur, tum commendatur infirmitas 4, 1, 13. conjungendo cum judicibus dignitatem suam 11, 1, 28. in senatu conservanda auctoritas, apud populum dignitas 11, 3, 153 *N.* propriis (*verbis*) dignitatem dat antiquitas 8, 3, 24. parum in vita habuerunt dignitatis 12, 11, 28. qua rei magnitudo vel dignitas minuitur 8, 3, 48. alioqui amictus — dignitatem, quae est in latitudine pectoris, perdet 11, 3, 141. recuperandae dignitatis gratia 11, 1, 79. reddit personis debitam dignitatem 10, 1, 62. γ) dignitate maxime contineri (*deliberativum genus*) 3, 8, 1. (*persona*) defenditur aetate, dignitate, auctoritate 11, 1, 28. ut quisque aetate, dignitate praecedit *ib.* 29. salva dignitate ac verecundia 6, 3, 35; dignitatis contentio 11, 1, 80. *cf.* 5, 13, 27. δ) cum dignitate 4, 2, 64. 5, 10, 54. pro dignitate 2, 13, 12. contra dignitatem 12, 7, 6. infra rei dignitatem 8, 3, 38. *cf.* 8, 2, 2. non deformi voluptate, sed cum laude ac dignitate (*Sp.* ad dignitatem) conjuncta 8, Pr. 33 *Z. N.* II) *i. q. magistratus:* majestas est in imperio atque in omni populi Rom. dignitate 7, 3, 35 *N.* praestatur hoc aliquando etiam dignitatibus (*a. l.* dignationibus), ut libertatis nostrae ratio reddatur, ne quis nos aut petulantes in laedendis eis, aut etiam ambitiosos putet 11, 1, 67 *N.*

[**Dignoscito.** cum omnium vocem tactumque dignoscitaret (*sic Barth. Cod.; Sp.* noscitaret) *Coel.* 4, 2, 124. *N. cr.*]

Dignosco. sonis homines ut aera tinnitu dignoscimus 11, 3, 31. non haec (*vox*) minus auribus, quam oculis illa (*species*) dignoscitur (*q. l.* disnosc. *al.* dinosc.) *ib.* 18.

Dignus. α) sicuti dignum erat 11, 3, 148. dignum operae pretium 12, 6, 7. occurrat mihi forsan aliquis, quid hic promissor (*Sp.* promisso) tanti operis dignum? 1, 5, 6 *N. cr.* dignissimo ex filiis 7, 4, 39. β) *c. Ablat.* a) *de personis:* his cogitationibus dignus 6, Pr. 12. dignum tanta cura infantem, quanquam suus cuique dignus est 1, 1, 24. dignum esse hereditate 7, 1, 45. tam gravi morum dignus invidia 12, 1, 15. d. laude 1, 5, 11. lectione dignis auctoribus 10, 2, 1. memoria dignum 10, 1, 80. vir seculorum memoria (*a. l.* memoriae) dignus *ib.* 104. dignissimum hoc mutuae inter nos caritatis pignore Pr. 6. an ullo sit dignus (*praemio*) 7, 4, 21. dignus illa propinquitate 10, 3, 13. supplicatione dignum 9, 3, 68. majore theatro 1, 2, 9. d. venia 1, 5, 11. b) *de rebus:* liberalibus disciplinis et illo, quem exigimus, animo dignissimum, non vendere operam *etc.* 12, 7, 8. dignum cultu ac labore 2, 16, 17. digna ea cura volumina 2, 7, 2. [Si tamen dignum literis *etc.* 12, 11, 29. *v.* Indignus] ars digna literis 12, 11, 22. dignius odio scelus 7, 2, 36. praemium illo opere dignissimum 2, 20, 3. dignane poena vel praemio (*res*) 2, 4, 38. dignum reprehensione 4, 2, 34. 2, 3, 4. vix viro dignum 5, Pr. 1. robur viris dignum 10, 1, 43. quam dignae Milonis voces eo viro 11, 1, 40. γ) *seq. Pron. relat., aut ut, aut Inf.:* dignos, a quibus causam diserti docerentur 6, 2, 3. dignus vir, cui et mens melior *etc.* contigisset 10, 1, 115. digna fuit illa natura, quae meliora vellet *ib.* 131; eras dignus, ut haberes integram manum 8, 5, 12. dignus vel ipso proposito, ut eum omnia scisse credamus 12, 11, 24; fere solus legi dignus 10, 1, 96.

Digredior. Ciceroni in prooemio digredi fuit necesse 4, 3, 17. ut intueamur semper (*causam*), aut certe, si digressi fuerimus, saltem respiciamus 3, 11, 26. totum hoc exercitationis genus ita instituendum est, ut et digredi ex eo, et regredi in id facile possimus 10, 6, 5. [ab his digressos 10, 5, 17. *v.* Digressus.] digressus (*a. l.* degr.) in laudes Castoris ac Pollucis exierat 11, 2, 11. ut eo revertar, unde digressus (*Sp.* egr.) sum 2, 4, 15.

Digressio. (*fig.*) 9, 3, 90. (*fig. ap. Cic.*) 9, 1, 35. in quo est et illa digressio 9, 2, 55. per digressionem 4, 2, 19. in digressionibus 10, 1, 33. ab re digressio (*fig. ap. Cic.*) 9, 1, 28. brevior illa a re digr. 9, 2, 56.

Digressus. ut difficilis ab his digressus (*Sp.* difficile — digressos) sit 10, 5, 17 *S.* in digressu 4, 3, 14; *Plur.* 10, 1, 49.

Dijudico. utra pars deberet prior dicere? quod in foro vel atrocitate formularum, vel modo petitionum, vel novissime sorte dijudicatur 7, 1, 37. Quod ex prima statim fronte dijudicare, imprudentium est. 12, 7, 8.

[**Dilabor.** *v.* Labor.]

Dilato. quo quis ingenio minus valet, hoc se magis attollere et dilatare conatur 2, 3, 8. quae si quis dilatare velit 8, 4, 14.

Diligens. α) nec statim diligentem putabo, qui promiscua — ostenderit *etc.* 1, 4, 24. ut a diligenti curiosus distat 8, 3, 55. (παραδιαστολή) cum te — pro illiberali diligentem (*appelles*) 9, 3, 65. tum mihi

diligens aliquis ac peritus assistat (*puero*) 1, 11, 14; diligentior a principiis fiet 1, 1, 1. diligentiores sunt visi sibi 2, 15, 10. β) diligentissimi Artium scriptores 8, Pr. 3; diligens finitionis comprehensio 5, 10, 61. diligenti cura 10, 1, 1. leges, diligentissimae pudoris custodes 8, 5, 19. enarratio diligens quidem, non tamen usque ad supervacuum laborem occupata 1, 8, 18. diligentior oeconomia 1, 8, 9. sit primo vel tardus, dum diligens, stilus 10, 3, 5. γ) ad cetera magis diligentes 1, 1, 7; in eloquendo diligens 10, 1, 63. diligentissimus in tradendo Latine 3, 1, 18. in philosophia parum diligens 10, 1, 129. in compositione adeo diligens, ut cura ejus reprehendatur *ib.* 79; diligentissimus compositionis 9, 4, 77.

Diligenter. α) *Posit.:* satis dil. accipere, 12, 3, 3. dil. aestimet vires suas 6, 1, 45. quidquid notabile est, animo dil. affigitur 11, 2, 18. hoc dil. attendite 9, 2, 56. ut dicentem dil. audiamus 12, 9, 19. cum omnia dil. cognoverit 12, 8, 1. *cf.* 10, 1, 34. eadem differentia dil. custodienda est 11, 1, 39. materia dil. effecta 10, 5, 23. totis causae partibus dil. inspectis 3, 9, 7. qui dil. lectus 10, 1, 69. meditatis dil. 6, 4, 14. totas non diligenter modo sed etiam familiariter nosse causas 6, 4, 8. de rhetorice dil. scripsit 3, 1, 15. dil. studuit 11, 3, 7. β) *Comparat.:* diligentius componitur 10, 7, 26. haec dil. dicemus 6, 2, 23. ut scribendo dicamus diligentius, dicendo scribamus facilius 10, 7, 29. disseram dil. 10, 1, 44. docere dil. *ib.* 110. illud est diligentius (*a. l.* subdil.) docendum 11, 1, 8. quae ut dil. exequamur 10, 4, 6. ut dil. perpenderem Ep. ad Tryph. 2. γ) *Superlat.:* examinandum quam diligentissime 2, 2, 2. memoriae diligentissime mandatos (locos) 2, 4, 27. ut dil. ostenderet 11, 1, 62. illa dil. percepisse 2, 3, 5. dil. scripsit 6, 3, 102. Pr. 1. 10, 3, 2.

Diligentia. α) hoc diligentiae genus plus collaturum discentibus, quam omnes omnium artes 2, 5, 14. nova (*Sp.* novae) insuper mihi diligentiae causa 4, Pr. 1 *Z.* ut in hac diligentia deterior etiam fiat oratio 8, Pr. 22, in tua fide ac diligentia positum est Ep. ad Tryph. 3. diligentiam facere sibi scribendi difficultatem 10, 3, 11. molestissima diligentiae perversitate 1, 6, 17; diligentia Pollionis 10, 2, 25. 12, 10, 11. diligentia ac decor in Polycleto 12, 10, 7; solicitior rei familiaris dil. 12, 1, 6. rerum dil. 8, Pr. 18. divisionis dil. 4, 5, 6. scribendi dil. 10, 1, 3. 10, 3, 27. — partiendi 4, 5, 24; circa glossemata non ultima ejus professionis dil. est 1, 8, 15. dil. circa proprietatem significationemque 8, 3, 87. in verbis summa dil. 4, 2, 117. curae ac diligentiae in hoc plus est 10, 1, 86. in quibus fere plus calor quam diligentia valet 10, 3, 18. β) inani diligentia 5, 11, 30. tenuis illa et scrupulose in partes secta divisionis dil. 4, 5, 6 *N. cr. cf.* 8, 3, 87. solicitam diligentiam 6, Pr. 1. diligentiae nimium solicitae 3, 11, 22. *cf.* 12, 1, 6. summa dil., adeo ut quibusdam etiam nimia videatur 10, 1, 113. *cf.* 7, 2, 117. γ) adhibita diligentia 2, 4, 15. omissa dilig. 8, Pr. 18. proximam clausulis diligentiam postulant initia 9, 4, 62; diligentia lapsi 5, 13, 37. tum flectere, tum ad dilig. hortari 9, 4, 133. locuti sumus ad hanc regulam et diligentiam *ib.* 4.

[**Dilucidatio.** *v.* Dilucidus.]

Dilucide — dicere 8, 6, 52. si breviter et dilucide summam rei indicaverimus 4, 1, 34.

Dilucidus. dilucida et aperta 8, 2, 23. *v.* Apertus; locorum dilucida ac significans descriptio (*Amb.* 1. locorum dilucidatio) 9, 2, 44 *N. cr.* propria et dilucida et breviter comprehensa verbis enuntiatio 7, 3, 2. oratio dilucida esse debet 11, 3, 30 *cf.* 1, 5, 1.

dil. pronuntiatio *ib.* 33. dil. sermo 5, 14, 33. sermone puro atque dilucido 11, 1, 53. dilucida (*verba*) 8, Pr. 26.

Diluo. agenti est dispiciendum, quid quoque loco diluat 7, 1, 9. ne id, quod non statim diluemus, timere videamur *ib.* 11. confirmare id ipsa defensione, quod diluendum est 9, 2, 80. causae crimine faciles ad diluendum 4, 2, 26. crimina diluere aut negare 9, 2, 53. crimina objicere vel diluere 7, 10, 12. *cf.* 4, 5, 8. objecta diluit 4, 2, 26. 9, 2, 93. praeter quae (*themata*) nihil est diluendum 4, 2, 28. omnes eorum (*affectuum*) diluet vires 11, 1, 52.

Dimensio. omnis structura ac dim. et copulatio vocum constat aut numeris aut μέτροις, id est, dimensione quadam 9, 4, 45. in compositione orationis certior et magis omnibus aperta servari debet dim. *ib.* 52. in dimensione pedum *ib.* 85 dim. versuum *ib.* 48.

Dimetior. dum inventa dimetiuntur 8, Pr. 27. mundum dimetiri 12, 11, 10. dimetiendis pedibus ac perpendendis syllabis 9, 4, 112; non ad pedes verba dimensa sunt 9, 4, 27.

Dimicatio. asperrima in hac parte dimic. est 6, 4, 4. cum praesentibus (*testibus*) ingens dimic. est 5, 7, 3. ubi res agitur, et vera dimic. est 8, 3, 13.

Dimidium. dim. ex eo, quod debebant 5, 10, 105. jugeri mensuram ducentos et quadraginta longitudinis pedes esse, dimidioque in latitudinem patere 1, 10, 42.

Diminutus. *v.* Deminutus.

Dimitto. I) *proprie:* his (*manibus*) — vocamus, dimittimus *etc.* 11, 3, 86. plures a se dimittens 1, 5, 36; te dimisso adulteram occidere non licebat 5, 10, 104. auctione dimissa 11, 2, 24; vocem tantum altera parte dimittunt (*labra*) 11, 3, 81. II) *transl.* α) prudens et constans (*testis*) tanquam inimicus et pervicax dimittendus statim 5, 7, 26. est oratoris, suspectum testem, dum prodest, dimittere *ib.* 21. in primis nos Epicurus a se ipse dimittit, qui fugere omnem disciplinam navigatione quam velocissima jubet 12, 2, 24. β) quod apprehendens majus aliquid cogatur dimittere 6, 4, 18. tanquam dimissa discedit (*memoria*) 11, 2, 44. causam in aliquam rem dimitti, quae non sit propria quaestionis 3, 11, 16. quo minus susceptam litem dimittat 12, 7, 6. ipsa securitate dimittimus ea, quae scripsimus 11, 2, 9. potentissima argumenta primone ponenda sint loco, ut occupent animos; an summo, ut inde dimittant? 5, 12, 14 *N.*

Dinumeratio. (*fig. ap. Cic.*) 9, 1, 35. (*omnino non fig.*) 9, 3, 91.

Dinumero. — spoliata templa 6, 1, 3.

Directio. directione quadam rationis ad veritatem 3, 6, 30.

Direptio. — profanorum sacrorumque 8, 3, 69.

Dirigo. I) *proprie:* frontem 2, 13, 3. — tela 9, 4, 8. in posteriora gestus non dirigitur 11, 3, 105; acie directa 2, 13, 4. directa fronte pugnandum 5, 13, 11. II) *transl.:* ut ad ea judicium dirigatur 6, 5, 2. materias, quas discipulis ad dicendum dabant, non contenti divisione dirigere, latius dicendo prosequebantur 2, 6, 1; ad exemplum virtutum omnium mens dirigenda 10, 2, 1. ad ea se quisque dirigebat effingenda 10, 1, 127. cum se ad id, quod est optimum natura, direxerit (*orator*) 12, 3, 8; si tota mente in opus ipsum direxeris (*intentionem*) 10, 3, 28. communes loci, qui sunt in vitia directi 2, 1, 11. adversus singulos dirigitur actio 5, 7, 6; *Partic.* directo ad Ciceronem principio 4, 1, 68.

acrior fit atque vehementior (*sensus*) ad personam directus alterius *ib.* 64. ad judicem omni sermone directo *opp.* averso 2, 13, 5.

Dirimo. pacem dicendi viribus diremisse 2, 16, 7.

Diripio. pueris in epilogum productis, talos jecit in medium, quos illi diripere coeperunt 6, 1, 47.

Dirus. Horatius — Hannibalem dirum (*dixit*) 8, 2, 9.

Discedo. I) *proprie:* at is discesserat 6, 1, 39. cum ab urbe discessissent 5, 11, 9. magistratus ab arce ne discedat 7, 7, 4. (*soloecismus*) si plures a se dimittens ita loquatur, Discede 1, 5, 36. II) *transl.:* tanquam dimissa discedit (*memoria*) 11, 2, 44. quotiens discessit aemulatio, succedit humanitas 11, 1, 16; discedamus hinc quoque: recipit materia quaestionem 7, 1, 20. cum ab illa cavillatione discesserint 12, 2, 14. a suscepta persuasione discedere 12, 2, 26. pusillum ab ea (*synecdoche; Sp.* a vero) discedo 8, 6, 28. *Z;* nec procul ab hoc genere discedit (*a. l.* descendit) μετωνυμία *ib.* 23; altera est divisio, quae in tres partes et ipsa discedit 12, 10, 58. haec quattuor velut proposita — in duo genera discedunt (*a. l.* descendunt) 3, 6, 86.

Disceptatio. ibi ergo judicatio, ubi quaestio: quia in eadem re prima quaestio, et extrema discept. 3, 11, 11. duplex ejus disceptationis condicio 7, 5, 2. in ejusmodi disceptatione 12, 8, 10. nec eodem sono publica judicia et arbitrorum disceptationes aguntur 11, 1, 43; disceptatio judicationum 3, 11, 19. — judiciorum 2, 4, 24. neque ulla juris discept., nisi finitione, qualitate, conjectura potest explicari 3, 6, 82; domestica disc. 7, 4, 31. praesens disc. 5, 11, 44. *v.* Dispositio.

Disceptator. causae discept. legi 9, 4, 132. apud disceptatorem dicturus 11, 1, 44.

Discepto. inter disceptandum (*a. l.* discend. *a.* dicend.) 12, 7, 6. *N. cr.*

Discerno. *α*) perplexa 12, 2, 10. cum, genere in species diducto, species ipsa discernitur 5, 10, 61. adeo similitudo manifesta est, ut eam discernere non sit in promtu 9, 1, 3. probanda atque improbanda discernent 2, 2, 11; hoc discernere modici judicii est 8, 3, 11. apud imperitos haec discernenda sunt 3, 8, 3. discernat, cui sit quisque certamini praeparandus 2, 8, 3. *β*) *adj. Ablat.:* res simplicissimae, quaeque pares maxime videantur, utique discrimine aliquo discernantur 10, 2, 10. clara atque sublimia materiae modo discernenda sunt (*sic Ambr.* 1.) 8, 3, 18. *Z. v.* Cerno. qua (*figura*) similia discernuntur 9, 3, 65. parva momenta nominibus discreverunt *ib.* 25. ut membra — nulla nota possent discernere 11, 2, 13. utilitas interim natura discernitur, interim tempore 2, 4, 39. qua (*observatione*) servi, lenones *etc.* discernuntur 11, 3, 74. regionibus litoribusque (*genera piscium*) discreta sunt 5, 10, 21. ea (*ratio*) casibus numerisque discreta est 1, 7, 15. *γ*) *adj. Praepos.* discernendum est hoc a ceteris 8, 6, 35. consonantes a vocalibus discernere 1, 4, 6; in partes discretus ordo 7, 1, 1.

Discindo. ne immodicus hiatus rictum discindat (*sic Z. ex Amb.* 1; *Sp.* distendat) 1, 11, 9.

Disciplina. *α*) *Sing.:* educatio et disciplina (*inter argumenta*); quoniam refert, a quibus et quo quisque modo sit institutus 5, 10, 25. orator, cui disciplina, et studium, et exercitatio dederit vires facilitatis 12, 9, 20. animum disciplinis meliorem fieri 8, 3, 75. *v.* Cultus. ne hi quidem, qui ignem, aut aquam *etc.* esse, ex quibus res omnes initium duxerint, tradunt *etc.* (*sc.: sciunt, an verum sit quod dicunt*):

disciplinam tamen suam artem vocant 2, 17, 38. omnis disc. memoria constat 11, 2, 1; legitima disc. 1, 10, 30. disc. severa 1, 2, 5; ejus rei neque disciplina ulla in scholis, neque exercitatio traditur 5, 7, 28. disc. musices 1, 10, 15. omnis honesti justique disc. 12, 2, 1; filii formare disciplinam 4, Pr. 1. disciplina (*oratori*) pertractanda est 12, 2, 1. qui (*Epicurus*) fugere omnem disciplinam navigatione quam velocissima jubet *ib.* 24; disciplinae contextus 3, 7, 15. omnis disciplinae initia ad propositum sibi praescriptum formari videmus 10, 2, 2. velut quodam jucundioris disciplinae lacte 2, 4, 5. disc. severitas 2, 2, 4; sine disciplina 2, 12, 12. nihil adjuvari disciplina (*mores*) 12, 2, 2. ars erit, quae disciplina percipi debet 2, 14, 5. *β*) *Plur.*: disciplinae altiores 2, 1, 3. liberalibus disciplinis 12, 7, 8. 12, 11, 21. disc. in diversum tendentes 1, 12, 1; disc. nostrae ex Graecis fluxerunt 1, 1, 12. intellectum disciplinarum capere *ib.* 15. aliarum disc. studia ingredienda sunt 1, 10, 2. ad percipiendas disciplinas 6, Pr. 10. non contentus disciplinis, quas praestare poterant Athenae 1, 12, 15. qui (*Epicurus*) disciplinas omnes fugit 2, 17, 15 *N.* quae talibus disciplinis continentur 12, 2, 19. plurimis (*Sp.* pluribus) disciplinis opus est. 1, 1, 10 *Z.*

Discipula. Latina facundia similis Graecae ac prorsus ejus discipula videtur 12, 10, 27.

Discipulus. De officio discipulorum 2, Cap. 9. discipulorum turba 10, 5, 21. — declamationes 2, 2, 6 *N.* discipuli melius instituti 2, 3, 11. si modo sunt recte instituti disc. 2, 2, 8. ut historiae, atque etiam magis orationum, lectione susceptos a se discipulos instruxerit 2, 5, 1. ut praeceptoribus discipuli traderentur 2, 1, 1. ex judicio praeceptoris discipulus pendeat 2, 2, 9. sequentur discipuli, quo duxeris 8, Pr. 3 *Z.* nec hoc oratori contingere inter adversarios, quod Pythagorae inter discipulos potest 11, 1, 27. caedi discipulos (*Sp.* discentes) quamlibet et receptum sit, et Chrysippus non improbet, minime velim 1, 3, 14. discipulos moneo, ut praeceptores suos non minus quam ipsa studia ament 2, 9, 1. debebit praeceptor — judicium discipulorum experiri 2, 5, 13. sumat ante omnia parentis erga discipulos suos animum 2, 2, 4. *v.* Praeceptor. cum — Zeno, Cleanthes, Chrysippus mercedes a discipulis acceptaverint 12, 7. 9.

Disco. *α*) *simpliciter:* dum discimus, non dum dicimus 8, Pr. 29 *N.* qui discit 10, 1, 15. qui discet 8, Pr. 12. aetas, quae discit 1, 12, 14. qui didicerunt 12, 2, 12 *Z.* si quis didicerit satis 1, 4, 23. nobis jam puer discere serio incipiat 1, 2, 1. ut diu tantum Graece loquatur aut discat (*puer*) 1, 1, 13. nemo non didicisse mavult, quam discere 3, 1, 6. praecipere ac discere, quomodo etiam probatione difficilia tractentur, necessarium est 12, 1, 45. si illi (*amici*) saltem recte discant, recteque doceant. Sed quis discet tam bene, quam patronus? 12, 8, 4. inter ipsa subsellia didicisse *ib.* 2. cum se didicisse judex putat 5, 8, 3. *β*) *c. Obj.:* ad plura discenda 12, 11, 20. cuicunque discendo 1, 9, 3. non didicerunt haec usque in senectutem 12, 11, 20. discere meliora *ib.* 12. morari in eo, quod novimus, quam discere, quae nondum scimus, melius putamus *ib.* 14. nec amoris *etc.* discat affectum 1, 11, 2. tot artibus discendis 12, 11, 9. *cf.* 3, 1, 10. in suscipiendis, discendis, agendis causis Pr. 22. *v.* Causa. ad discendum jus 12, 3, 9. *cf.* 12, 1, 10. loca discunt (*Sp. conjic.* diligunt) quam maxime spatiosa 11, 2. 18 *N.* *cf.* 23. palaestram didicisse 5, 10, 121. sensum ipsum, qui communis dicitur, ubi discet 1, 2, 20. contemnentes tanquam parva, quae prius discimus, studia Pr. 4. di-

scunt haec miseri, antequam sciant vitia esse 1, 2, 8. v. Scio; *seq. Inf.*: ne discamus nobis ignoscere 11, 2, 45. de quibus (*causis*) ergo dicet? de quibus didicit (*sc.* dicere) 2, 21, 15; id si computare quem piget, brevioribus numeris idem discat 1, 10, 43; *adj. Praepos.*: cujus aliquid simile apud grammaticos puer didicerit 2, 4, 1. a quo didicisse artem dicitur 3, 1, 10. causam discere ex suis litigatoribus 12, 8, 6. γ) *Partic.*: discens 3, 11, 23. discentes 1, 2, 27. [1, 3, 14.] 3, 6, 89. quaedam non docentium sunt, sed discentium 7, 10, 9. in his discentis annis 2, 4, 4. submittentem se ad mensuram discentis 2, 3, 7. discentium profectus 2, 5, 1. non solum scientibus ista, sed etiam discentibus tradimus 11, 1, 5. δ) *Gerund.*: exercitatio potentissimum discendi genus 2, 17, 12. discendi (*Sp.* dic.) velut incunabulis Pr. 6 *Z.* [disc. (*Z.* edisc.) negligentiam 10, 7, 32.] optime disc. ratio 1, 2, 3. 1, 12, 6. 12, 11, 16. robore disc. 8, Pr. 4. disc. studium 1, 3, 8; promtus ad discendum 1, 1, 1. irritandae ad disc. infantiae *ib.* 26. multos ad disc. annos 12, 11, 13. libera ad disc. mora 12, 3, 3. abunde satis ad disc. spatia 12, 11, 19; in discendo 12, 3, 2. 12, 8, 11. 14.

Discobolos. ille disc. Myronis 2, 13, 10.

Discordo. membris humanis adversus ventrem discordantibus 5, 11, 19. a sermone tenui sublime discordat (*verbum*) 8, 3, 18. ne ab oratione discordet (*vox*) 11, 3, 45.

Discrimen. I) *de differentia:* tenue discr. 1, 5, 5. sine discrimine 10, 1, 7. s. d. causarum atque utilitatis 4, 3, 3. in recti pravique discrimine 12, 3, 7. discr. vocum 1, 5, 25. discrimina ingeniorum 2, 8, 1. quae (*litera F*) inter discrimina dentium efflanda est 12, 10, 29; mores praecipue discrimen dabunt 3, 8, 38. aetas discrimen facit 7, 2, 14. *cf.* 11, 1, 43. hoc sequens (*tempus*) habet et constituta discrimina, aestate, hieme *etc.*; et fortuita, in pestilentia, in bello *etc.* 5, 10, 42. servant personarum discrimen 12, 10, 44. sententiarum in senatu, et contionum *etc.* servabit discrimina *ib.* 70. illa servanda discrimina, ut *etc.* 1, 7, 4. sunt et illa discrimina, quod *etc.* 9, 4, 50. ut non res simplicissimae — utique discrimine aliquo discernantur (*Sp. conjic.* distineantur; *H. II.* definiantur) 10, 2, 10 *N. cr.* II) *i. q.* periculum: praesentis discriminis 2, 13, 4. verum discrimen aciemque justam 2, 10, 8. 12, 6, 4. ne ab illa umbra vera discrimina reformident 10, 5, 17; in discrimine capitis 11, 1, 49. quod plerumque duorum discrimen est 7, 2, 51. quae (*persona*) extra discrimen judicii est 7, 2, 9. praesentis condicio discriminis 2, 13, 4. alia veri discriminis facies 12, 6, 4. discriminis sui ignorantia 6, 1, 47; hoc qualecunque discrimen raro admodum evenit 11, 1, 14. imminente summo discrimine 8, 4, 22. ne signatorum, ne ipsius (*Sp.* ab ipsis) discrimen objiciatur sibi 6, 1, 20. ingens in epilogis verti discrimen 6, 1, 37. instant enim (*adversarii*), et saepe discrimen omne committunt 6, 4, 17. qui in discrimen aliquod vocabantur, accuratius loqui, defendendi sui gratia, 3, 2, 2.

Discumbo. ordine, quo quisque discubuerat 11, 2, 13.

Discurro. a media in utramque partem discurrere 2, 4, 15.

Discurso. multum in agendo discursantem, salientem *etc.* non agere dixit (*Domit. Af.*) sed satagere 6, 3, 54. discursare et, quod Domitius Afer dixit, satagere, ineptissimum 11, 3, 126.

Discursus. — amicorum 4, 2, 3. — efferentium praedas repetentiumque 8, 3, 69; — totius diei (*infantium*) 1, 12, 10. (*declamantes*) multo discursu, anhelitu *etc.* furentes 2, 12, 9.

Discutio. *transl.:* discutiendi alicujus extrinsecus criminis 4, 2, 18. non commovere tantum miserationem, sed etiam discutere 6, 1, 46. ut obscuritatem apud se ipse discutiat 8, 2, 23. discutiendae oratione hujusmodi scenae 6, 1, 49.

Diserte. nec quidquam non diserte, quod honeste, dicitur 12, 1, 30. multa dis. summisque clamoribus decantaverunt 12, 8, 3; disertissime quaedam exclamare 6, 2, 26.

Disertus. I) *Adj. α) de personis:* — filius 7, 1, 42. abunde dis. rerum suarum narrator 11, 1, 36. — praeceptor 2, 3, 7. illi sine labore, sine ratione, sine disciplina diserti 2, 12, 2. inter paucos disertus 10, 3, 13. hominem alioqui disertissimum 8, 1, 2. aliquem malum virum, summe disertum 12, 1, 23. nemo expectet, ut alieno tantum labore sit disertus 7, 10, 14. pectus est, quod disertos facit, et vis mentis 10, 7, 15. *β) de rebus:* nihil jam proprium placet, dum parum creditur disertum 8, Pr. 24. aliquid diserti subjungendum sit 2, 11, 5. non modo, quae diserta, sed vel magis, quae honesta sunt 1, 8, 4. ingeniosa haec et fortia et ex ancipiti diserta creduntur 8, 2, 21. II) *simpliciter i. q. dicendi peritus:* diserti 6, 2, 3. 10, 1, 118. 12, 6, 5. qui fuerunt in foro diserti 10, 1, 68. fuit aliquis sine his disertus, at ego oratorem volo 1, 10, 8. a se disertos visos esse multos, eloquentem autem neminem 8, Pr. 13. actio pro rustico contra disertum 7, 1, 43 *N. cf.* 45. neque deerunt, qui diserti esse quam boni malint 12, 1, 33. diserto satis putat (*M. Antonius*) dicere, quae oporteat 8, Pr. 13. (*jactatio perversa*) si disertus imperitum plane et infantem (*se*) vocet 11, 1, 21. ingeniosi vocentur, dum tamen constet, contumeliose sic laudari disertum 2, 12, 7 *N.*

Disjunctio. (*fig. ap. Cic.*) 9, 1, 35. hoc alii συναπτυμίαν, alii disjunctionem vocant 9, 3, 45.

Disjungo. quae a forensi ratione disjungitur (*a. l.* dij.) 3, 4, 10. artem a scientia et virtute disjunctam (*Sp.* dij.) 2, 15, 2 *Z.*

Dispar. in dispari dicendi via 10, 1, 67.

Disparo. disparata (*a. l.* separ.), ut dura non duris 5, 11, 31 *N. v.* Contrarius.

Dispensator. 6, 3, 93 *N.*

Dispergo. ut haec in unum congeruntur, ita contra illa dispersa sunt, quae a Cicerone dissipata dici puto 9, 3, 39. sermo dispersus 5, 3.

Dispicio. proprietates ingeniorum dispicere 2, 8, 6. ad ea dispicienda, quae dicturi simus 10, 7, 20. agenti est dispiciendum, quid quoque loco diluat 7, 1, 9.

Displiceo. me tibi displicuisse 6, 3, 64. mihi illud Cassii Severi non mediocriter displicet 11, 1, 57, *cf.* 10, 7, 32. utinam tam non pigeat facere istud, quam non displicebit 2, 5, 17. non displicuisse illi jocos, sed non contigisse 6, 3, 2. qui, displicente causa, placet 12, 9, 6.

Dispono. *α*) ad clamorem dispositae, vel etiam forte circumfusae multitudinis 4, 2, 37 *N.* quemadmodum disposuerit insidias *ib.* 48. disponemus rudentes 10, 7, 23. divitiarum usum disponere 6, 2, 30. ut opera extruentibus satis non est, saxa atque materiam et cetera aedificanti utilia congerere, disponendis eis collocandisque artificium manus adhibeatur 7, Pr. 1. ad haec gestum disponere 11, 3, 110. *β) de ordine dicendi:* quaestionum ordinem recte disponere 10, 7, 5.

neque rerum ordinem modo intra se ipsa disponit (*cogitatio*) 10, 6, 2. res invenire et disponere 10, 1, 4. colligere eadem ac disponere paulo significantius 3, 6, 65. ratio inveniendi atque inventa disponendi 8, Pr. 1. non tantum inventa tenere, ut disponamus, nec disposita, ut eloquamur — debemus 3, 3, 10. in oratione multa disponere *etc.* 2, 12, 10. quae disponenda ac varianda sunt 9, 2, 5. quod male dispositum est, id ἀνοικονόμητον vocant 8, 3, 59; *Gerund.*: disponendi ratio *opp.* materia 10, 1, 54. recte disp. scientia 5, 10, 54. disp. usu 12, 5, 1; si tempus ad disponendum (*Sp. conjic.* dispiciendum) fuisset (*in altercatione*) 6, 4, 14 *N.*

Dispositio. 3, 3, 1. *seqq. cf.* 6, 5, 1. — utilis rerum ac partium in locos distributio 7, 1, 1. *cf.* 7, 10, 16. pars rhetorices 3, 9, 2. — inventioni subjungitur Pr. 22. *v.* Inventio. — totius operis 10, 1, 50. potentissima, quaeque vere dicitur oeconomica, totius causae dispos., quae non constitui nisi velut in re praesente potest 7, 10, 11. Homerica dispositione 5, 12, 14; quod consilium, quae dispositio *etc.* (*fuerit*) 10, 2, 27. *cf.* 12, 10, 27. disp. modicae doctrinae credi potest 8, 3, 2. Latina facundia dispositione similis Graecae 12, 10, 27. nisi illas (*res*) eadem dispositio in ordinem digestas atque inter se commissas devinxerit 7, Pr. 1. Et de hoc quidem genere dispositionis (*Sp.* disceptationis), etiamsi non omnia, tradi tamen aliqua potuerunt 7, 10, 4 *Z.* adhibeatur judicium inventis, dispositio probatis 10, 4, 5. declamationes — quae inventionem et dispositionem pariter exercent 10, 5, 14. quaestio omnis ac locus habet suam dispós. 7, 10, 5. neque opus esse dispositione in rebus fictis 2, 11, 3. et dispositione et omnino arte deficitur (*Antimachus*) 10, 1, 53. totus hic liber serviat dispositioni (*a. l.* divisioni) 7, Pr. 4. *v.* Ordo. De dispositione 7, Pr. et Cap. 1. De vi dispositionis 7, 10, 5 *seqq.*

Disposite. — dicit 10, 7, 12.

Disputatio. liberior in utramque partem disp. 7, 2, 14. haec tota disp. a Graecis περὶ γελοίου inscribitur 6, 3, 22. disput. illa contra Gorgian 2, 15, 27. disputationes dialecticae 5, 14, 27. — privatae 3, 4, 10; non eandem esse condicionem litium ac disputationum 10, 1, 36. qui se non otiosis disputationibus sed administrationi reip. dediderit 11, 1, 35. nomen enim fateor esse commune, et scio, quam multiplicem habeant quamque scrupulosam disputationem 9, 1, 7. ediscere — quae et clamorem et disputationem *etc.* habeant 11, 3, 25 *v.* Clamor. inter eos non forensem contentionem sed studiosam disputationem incidisse 11, 1, 70. tota volumina in hanc disputationem impendisse 3, 6, 21; non secretis disputationibus, sed rerum experimentis atque operibus 12, 2, 7. in disputationibus teres (*vox*) 11, 3, 64. in disputationibus, quae sunt de oratore 10, 3, 1. ut in disputationibus potius arguta verborum cavillatrix, quam in oratoris officio multum allatura momenti 7, 3, 14 *Z.* *v.* Argutus. tria esse, quae in omni disputatione quaerantur, an sit, quid sit, quale sit? 3, 6, 80. qua in disputatione (*fere i. q. sententia*) nonnihil veri est 12, 10, 42. quaestio juris omnis aut verborum proprietate, aut aequi disputatione *etc.* continetur 12, 2, 19. *v.* Actio.

Disputatrix. cum duo sint genera orationis, altera perpetua, quae rhetorice dicitur, altera concisa, quae dialectice —: etiam disputatrix virtus erit 2, 20, 7 *N.* haec pars dialectica, sive illam dicere malumus disputatricem 12, 2, 13.

Disputo. illic veritatis tantum gratia disputari, hic negotium agi 3, 5, 11. qui contra disputant 2, 15, 26. 2, 17, 4; de his disputatur, non litigatur 7, 3, 12. cf. 2, 15, 37. in commune de jure omni disputandum semper, nec unquam satis judicatum est 7, 1, 49 de rebus subjectis disputare 2, 21, 13. scriptum et voluntas de eo disputat verbo, quod est in lege 7, 10, 3. apud alium nos judicem disputaturos de illius sententia non fuisse 11, 1, 77; circa hoc quoque disputatum est 1, 5, 34. in disputando mire callidos 12, 2, 14.

Dissensio. — infinita auctorum 3, 1, 7. est non mediocris inter auctores diss. 9, 1, 10. est magna inter auctores diss. 11, 2, 14. in aliis omnibus inter scriptores summa diss. est 3, 6, 22. aut de qualitate ipsius rei, aut de comprehensione verborum dissensio est 2, 15, 1. tanta est circa verba diss. 8, 11, 5.

Dissentio. α) pudet dissentire 10, 1, 17. 111. quanquam sint, qui dissentiant Pr. 18. qui dissenserunt (*Sp.* id senserunt) 1, 1, 17. Nec me fugit, plerumque haec esse conjuncta. — Aliquando tamen et haec dissentiunt 11, 1, 9. β) *in aut de re, aut aliqua re:* in quo, si hoc sentit — dissentio 9, 4, 55. in eo plures dissenserunt 3, 3, 13. dissenserit parte in una 4, 2, 42. in quibusdam paulum fortasse dissentiam 9, 4, 2. paulum in his secum etiam Cicero dissentit 3, 11, 18; de fronte dissentio 11, 3, 123; ut lepus et lupus casibus numerisque dissentiant 1, 6, 12. ut, si sensu non pugnant, comprehensione dissentiant 7, 3, 12. *cf.* 1, 10, 35. γ) *alicui rei aut ab aliqua re:* huic opinioni neque omnino accedo, neque plane dissentio 1, 5, 37. *v.* Accedo. si (qua earum (*i. e. aut pronuntiatio, aut persona etc.*) verbis dissentit, apparet diversam esse orationi voluntatem 8, 6, 54; alii ab aliis historici dissentiunt 2, 4, 19. ut a magnis viris dissentiam 9, 4, 10. si quis ab eo (*oratore*) consultus dissentiet 12, 3, 8. a quo dissensuros scio 7, 4, 28. dissentire vix audeo a Cicerone 7, 3, 8. a quibus ego quidem dissentio (*sic Z. ex Amb.* 1; *Sp.* quib. haec quidem dissonantia sunt) 8, 6, 36 *N. cr.* a quibus multum dissentio 3, 11, 16. ego quantum ab illis, tantum ab Horatio dissentio 10, 1, 94. quod pertinet ad actorem, non plane dissentio a Celso 7, 1, 10. ita plerumque dicunt, tanquam ab iis, qui deliberant, utique dissentiant 3, 8, 69. dissentire ab eo (*praeceptore*) non timide solet 3, 8, 62. a quibus etiam liberius dissentio *ib.* 78; si digitorum — gestu a computatione dissentit (*actor*) 1, 10, 35. qui ab hoc prope publico more privata quadam persuasione dissentiant 1, 2, 2; plerumque a Graecis dissentiunt Romana 10, 5, 3. si gestus ac vultus ab oratione dissentiant 11, 3, 67. responsum ab interrogatione dissentit 1, 5, 6. quotiens ab animo verba dissentiunt 12, 1, 29. dissentiens a ceteris habitus Pr. 15.

Dissero. ne diutius disseram 2, 1, 7. recte hoc disserit 2, 20, 9; de bono, utili, justo disserere 2, 21, 12. disserentem de incommodis vitae 5, 11, 38. Grammaticus de ratione loquendi si disserat 1, 2, 14. si de justitia, temperantia *etc.* sit disserendum Pr. 15. *cf.* 12, 2, 21. de qua differentia disseram diligentius 10, 1, 44; non minoribus viribus contra justitiam disseruisse 12, 1, 35. Academici, cum in utramque partem disseruerunt 12, 1, 35. *cf.* 12, 2, 25. sive acumine disserendi, sive eloquendi facultate 10, 1, 81. de hoc disserendi brevitas 12, 10, 15; ut, qui mores ejus — qui agendi debeat esse finis — disseramus Pr. 22. *cf.* 1, 10. 22.

Dissideo. si inaequalitate dissident (*supercilia*) 11, 3, 79. dissidens a voce gestus 11, 3, 165. ne caput oculique ab alia corporis inclinatione

dissideant 1, 11, 16; oratio, si ab homine — si a re, cui accommodari debeat, dissidet 3, 8, 51.

Dissimilis. α) Simile est. — Dissimile: (*in exemplis*) 5, 11, 7. 13. quoniam maxima pars eorum similibus constat, rimandum erit diligentissime, quid sit in quoque, quod assumitur, dissimile. 5, 13, 23. forsitan ne sint quidem paria, quae ulla parte sunt dissimilia 7, 4, 6 *v.* Par. ὁμοιόπτωτον est tantum casu simile, etiamsi dissimilia sunt, quae declinentur 9, 3, 78. aut similia, aut dissimilia, aut contraria 5, 11, 5. *cf.* 6, 3, 63. *v.* Contrarius. dissimilium concordia 1, 10, 12. dissimilibus inesse simile 5, 11, 30. argumentorum locus ex dissimilibus 5, 10, 73; hoc in testium interrogatione valet plurimum, in oratione perpetua dissimile est 5, 11, 5. β) *c. Nominib. junctum:* quae sunt simili casu, dissimili sententia, 9, 3, 83. propositum dissimile vel contrarium 5, 14, 4. dissimilem componendi rationem 9, 4, 133. quorum omnium dissimilis atque divisa (*a. l.* diversa) inter se ratio est 10, 2, 23. *cf.* 8, 5, 10. dissimiles status 3, 6, 95. ne diss. sit translatio 8, 6, 16. γ) ii ipsi inter se dissimiles fuerunt 9, 4, 17; quod his dissimile non esset 2, 17, 4. Nec sunt his dissimilia (*a. l.* haec sunt his sim.), ideoque huic loco subjicienda 5, 10, 74. quod dissimile rationi est 4, 5, 7. cui non dissimilis ἐξαλλαγὴ dicitur 9, 3, 12. *cf.* 11, 3, 102. non dissimile huic est illud 7, 1, 28; aut similes aut dissimiles bonis 10, 2, 3. paene non dissimilis iis, qui poetarum scripta pronuntiant 12, 3, 1. dissimilis ceteris (*locus*) 2, 4, 31. haec ratio, ut est illi arti non dissimilis 11, 2, 33. purus sermo et dissimilis curae 8, 3, 14. quotiens verbum verbo (*Sp. inser.* simile) aut non dissimile valde quaeritur, — aut certe par et extremis syllabis consonans 9, 3, 75 *Z.*

Dissimilitudo. — aliqua causae 5, 2, 3. mutatio dissimilitudinem ostendit hominum, rerum, factorum 9, 3, 92.

Dissimulatio. — aliena se parum intelligere fingentis 6, 3, 85. *cf.* 9, 2, 14. — alia dicentis alia significantis (*fig. ap. Cic.*) 9, 1, 29. εἰρωνείαν, inveni, qui dissimulationem (*a. l.* dissimilitudinem) vocarent 9, 2, 44. utilis etiam aliquando dissim. est 9, 2, 95. plurimus circa simulationem et dissimulationem risus est, quae sunt vicina et prope eadem 6, 3, 85. dissimulatio curae praecipua, ut numeri sponte fluxisse — videantur. 9, 4, 147. auferendae dissimulationis (*gratia rogare*) 9, 2, 9.

Dissimulator. — artis 2, 17, 6. — eorum, quae emendanda erunt 2, 2, 5.

Dissimulo. α) *absolute:* saepe praeparat, dissimulat, insidiatur (*a. l.* insidias) orator 10, 1, 21. *N. cr.* Dissimulavit Cicero, cum S. Annalis testis reum laesisset, et instaret identidem accusator ei, Dic, M. Tulle, numquid potes de Sex. Annali? versus enim dicere coepit de libro Ennii annali sexto. 6, 3, 86. At credibile est, hoc eum velle. Fortasse; dissimulet ergo, ut efficiat 9, 2, 83. β) *c. Obj.:* consonantium quaedam insequente vocali dissimulatur 11, 3, 34. dissimulare eloquentiam 12, 9, 5. quaedam bene dissimulantur instrumenta 6, 4, 17. neque dissimulabo judicium meum 4, 2, 116; nec dissimulat tertium jam diem esse 10, 3, 14. nec ipse dissimulat, quibusdam numeros videri 9, 4, 80; quid ipse sim secutus, promam, nec unquam dissimulavi 7, 1, 3. nec judices, a quo sint moti, dissimulant 12, 9, 4. dissimulare qui possum, quid ille gratiae in vultu *etc.* ostenderit 6, Pr. 7; non est dissimulandum, esse nonnullos, qui *etc.* 1, 2, 2. quod defendi non possit, silentio dissimulandum 5, 13, 9. haec mihi dissimulanda non fuerunt, quibus — credo 6, 2, 36. haec, quae me movebant, dissimulanda

mihi non fuerunt 6, 3, 112. non est dissimulanda nostri judicii summa 10, 1, 40. γ) *Partic.:* ut quaedam in actione dissimulata subito in altercando proferantur 6, 4, 14. dissimulata et, ut Graeci dicunt, ἀνεπίφατος actio 4, 1, 60. compositio dissimulata 4, 2, 117 *N.* dissimulatus quidam sed non latens derisus 8, 6, 59. dissimulata distinctione 1, 5, 27. dissimulatum judicium 3, 6, 64.

Dissipatio. (*a. l.* disputatio) *fig. ab Cic.* 9, 1, 35.

Dissipo. quae (*schemata*) a Cicerone dissipata dici puto 9, 3, 39. *N. cr. v.* Dispergo.

Dissolutio. (*fig.*) 9, 3, 50. — copulata *ib.*

Dissolvo. α) proponitur uno modo, dissolvitur varie 5, 13, 2. si singula quaeque dissolveris *ib.* 13. argumenta dissolvere *ib.* 15. *v.* Congero. [causam refutatione dissolvi (*hoc de conj. adj. Reg.; v.* Narratio.) 8, Pr. 11. *N. cr.*] ea urbanitate tota est invidia criminis dissoluta 6, 3, 10. quo pulchriora et sensu et elocutione dissolveris, hoc orationem magis deformem fore 9, 4, 15. seu proposita confirmamus, seu contra dicta dissolvimus 4, Pr. 6. utrinque dissolvi, quae dicta sunt 5, 13, 1. per partes dissolvitur, quod contextu nocet *ib.* 28. β) dissolutum (*fig. ap. Cic.*) 9, 1, 34. quod est dissolutum, sensu caret 5, 14, 12. 13. jucunda, non dissoluta 12, 10, 80. prosae vincta quam dissoluta (*facilius ediscimus*) 11, 2, 39. *N. cr.* utrumque coacervatio, et tantum juncta aut dissoluta 9, 3, 53. non dissoluta sit comitas 2, 2, 5. compositione ipsa dissolutum (*sermonis genus*) 11, 1, 6. dissoluta et hians oratio 8, 6, 62. *cf.* 2, 11, 7; si laus eum (*judicem*) misericordis potius, quam reprehensio dissoluti consecutura est 7, 4, 19.

[**Dissono.** a quibus haec dissonantia sunt 8, 6, 36. *N. cr. v.* Dissentio.]

Dissonus. ut aliquis sensus — venustatem aliquam non eodem ex verbo, non dissonam, accipiat *opp.* jucunde consonat 9, 3, 72.

Dissuadeo. pro contione suadere ac dissuadere 2, 4, 33. *cf.* 3, 4, 15. certum studiorum facere delectum nemo dissuaserit 2, 8, 7. ne sententia quidem stomachum judicis reficere dissuaserim 4, 2, 121. suadendi ac dissuadendi officium 3, 8, 6. *v.* Suadeo.

Disyllabae. 1, 5, 31.

Distantia. — caloris 7, 10, 10 *Z.* — condicionis 5, 10, 26.

Distendo. [ne immodicus hiatus rictum distendat (*Z.* discindat) 1, 11, 9.] in latus utramque (*manum*) distendimus 11, 3, 114. viridi pabulo distentae quadrupedes 2, 10, 6.

Distincte. parum dist. (*appellat*) 5, 10, 10. dist. (*a. l.* districte) concisa brevitas *Cic.* 9, 1, 28 *N. cr.* facile atque dist. scripta 2, 5, 4.

Distinctio. I) interim refugienda non modo dist. quaestionum est, sed omnino tractatio 4, 5, 6. II) *figura:* 9, 3, 82. huic (*συνοικειώσει*) diversam volunt esse distinctionem, cui dant nomen παραδιαστολήν, qua similia discernuntur *ib.* 65. III) *mora in dicendo:* cum dico circum litora, tanquam unum enuntio, dissimulata distinctione 1, 5, 27. vitiosa dist. 11, 3, 39. in ipsis distinctionibus tempus alias brevius, alias longius dabimus *ib.* 37. illam distinctionem protinus altero spiritus initio insequar *ib.* 38. cum citra distinctionem in textu et cursu semper aliquid priore majus insequitur 8, 4, 8 *Z.* nonne ad singulas paene distinctiones — quasi vultus mutandus est? 11, 3, 47. qua et distinctio

perit et affectus *ib.* 52. nec in loquendo distinctionibus, temporibus, affectionibus moleste utamur *ib.* 181.

Distinguo. *α*) binos interim distinguimus digitos 11, 3, 98. distinguamus genera causarum 4, 2, 68. eam (*orationem*) distinguent atque concident 11, 2, 27. in distinguenda rei proprietate 9, 3, 71. quo diligentius distinguenda sunt singula 4, 2, 33. apertius eosdem status distinguere 3, 6, 45. quo loco versum distinguere debeat 1, 8, 1. peritus distinguendi vim cujusque verbi 12, 5, 3. distinguendis, quae dicimus, facilem (*manum*) facimus 11, 3, 99. digitus distinguentibus decorus *ib.* 101. virtus distinguendi fortasse sit parva, sine qua tamen esse nulla alia in agendo potest *ib.* 39. etiamsi aliud est, unde venit, quam quo venit, non distinguendum tamen, quia utrumque eodem modo continetur verbo venit *opp.* suspenditur (*sermo*) *ib.* 36 *N.* haec pars dialectica — ut est utilis saepe — resolvenda ambiguitate distinguendo, dividendo *etc.* 12, 2, 13; qui citharae sonos nominibus et spatiis distinxerit 1, 10, 3. *cf.* 8, 5, 26. malus, utrum arborem significet, an hominem non bonum, apice distinguitur 1, 7, 2. hoc genus Cicero scientia et actione distinguit 3, 5, 6. expositiones brevi interfatione distinguere 4, 2, 50; esse flexum quendam, quo distinguantur ab iis, in quibus poëta persona sua utetur 1, 8, 3. *cf.* 1, 7, 27. thesin a causa sic distinguunt 3, 5, 11. *β*) *Partic.*: Taurus animal sit, an mons *etc.*, nisi distinctum non intelligitur 8, 2, 13. distincta ac perspicua debere esse (*argumenta*) 5, 14, 33. eadem sunt in Oratore (*i. e. Ciceronis*) plurima, non omnia tamen, et paulo magis distincta 9, 1, 36. distincta sunt; aliud est enim obscurum jus, aliud ambiguum 7, 10, 2. gestum distinctum 11, 3, 162 *N.* narratio distincta rebus, personis, temporibus *etc.* 4, 2, 36. ut sit oratio distincta 11, 3, 35. imperfectum syllogismum — quia nec distinctis nec totidem partibus concluderetur 5, 10, 3. sermone puro et dilucido et distincto 5, 14, 33.

Disto. *α*) quo modo quaedam in his species plane distant, ita quaedam perquam tenui limite dividuntur 9, 1, 3. quae finitio etiam si distat aliquo 7, 3, 26. moribus et legibus distant (*civitates*) 5, 10, 40. si porrecti utrinque undeviceni (*pedes*) singulis distent 1, 10, 44 *N.* Verum utrumque, ac merito laudatur. Causarum enim modo distat 11, 1, 93. naturā cujusque totum curāque distat 1, 2, 4. in plerisque idem est, qui circa testes locus, et personis modo distat 6, 4, 21 *N*; in totum autem metaphora brevior est similitudo: eoque distat, quod *etc.* 8, 6, 8. eo distare prooemium ab epilogo, quod *etc.* 4, 1, 28. quae duo genera non multum inter se distant 7, 2, 3. *cf.* 12, 10, 11. hoc ab elocutionis ratione distat 8, 6, 22. quo distet haec causa a ceteris 5, 10, 114. nec multum a judicio distare consilium, nisi quod *etc.* 6, 5, 3. ut a diligenti curiosus distat 8, 3, 55. maledicus a malefico non distat, nisi occasione 12, 9, 9. (*prosopopoeïa*) nullo modo (*Sp.* alio) ab his distat (*Sp.* distant), quam persona 3, 8, 52. εἰρωνεία, quae est schema, ab illa, quae est tropos, genere ipso nihil admodum distat 9, 2, 44. enthymema (*solus Guelf. inser.* a) syllogismo distare 5, 10, 7 *N. cr.*; *impersonal.*: plurimum distat, clarus an obscurus *etc.* sit 5, 10, 26. *β*) *Partic.*: non multum aetate distantes 12, 10, 4. non multum inter se distantium tempore oratorum *ib.* 11. grana ciceris ex spatio distanti missa 2, 20, 3 *Z.* in verbis tantum distantibus 9, 3, 73. distantibus ex locis 7, 10, 17.

Distorqueo. ne labra distorqueantur 1, 11, 9; distortus vultus 6, 3, 29. distorta et quocunque modo prodigiosa corpora 2, 5, 11.

quid tam distortum et elaboratum, quam est ille Discobolos Myronis? 2, 13, 10.

Distraho. si (*oratio*) per vim cuneatur, et quae juncta erant distrahit 4, 3, 4.

Distribuo. pueros in classes distribuerunt 1, 2, 23. an schema sit distributis subjecta ratio 9, 3, 93.

Distributio. (*fig. ap. Cic.*) 9, 1, 30. 9, 2, 2. celeri magis ac rotunda quam vera distr. 3, 4, 16. utilis rerum ac partium in locos distr. 7, 1, 1.

Distringo. spe, curis, labore distringitur (*mens*) 12, 1, 7. nulla distringente atque alio ducente causa ib. 5. districtus (*a. l.* distractus) negotiis Ep. ad Tryph. 1.

IV) *in re grammatica:* fiunt soloecismi per modos, sive cui statu eos dici seu qualitates placet 1, 5, 41. Fit casibus modo hoc schema, quod πολύπτωτον vocant. Constat et aliis: etiam modis (*i. e. Gerundio, Participio*) 9, 3, 37. fatendi modo 1, 6, 7 *N.* in natura verborum est, etiam quae facimus, patiendi modo saepe dicere, ut arbitror, suspicor: et contra faciendi, quae patimur, ut vapulo 9, 3, 7. *cf.* 1, 6, 26.

Moereo. quae hostis morte (*a. l.* mortem) moerebat 3, 6, 76 *N.* *cr.*

Moeror. cum (*Timanthes in tabula*) addidisset Menelao, quem summum poterat ars efficere, moerorem 2, 13, 13.

Moerus. Ferro non fato moerus (*a. l.* virtus) Argivum occidit *Trag. vet.* 8, 6, 10 *N. cr.*

Moestus. — vultus 11, 3, 159 *v.* Languidus.

Molaris. lapis m. 2, 19, 3.

Moles. civitates operum mole difficiles 12, 9, 2; licet major quam unquam moles premat 12, Pr. 2.

Moleste. nec in loquendo distinctionibus moleste utemur 11, 3, 181 *N.*

Molestia. mediocritas — ad suscipiendas elementorum molestias minus superba 2, 3, 1. sine molestia 2, 7, 3.

Molestus. omnes imputare literas molestum et odiosum 11, 3, 33. *v.* Odiosus. tam molesta, ut pedem conferre singulis non expediat 5, 13, 11. pronuntiatio et vultuosa et gesticulationibus molesta 11, 3, 183. licet adversario mol. sit improbitas, judici invisa est 6, 4, 15. in adeo mol. incidimus grammaticos, quam fuerunt, qui Lyricorum quorund. carmina in varias mensuras coegerunt 9, 4, 53; (*Verrem*) Herculi molestiorem apro Erymanthio fuisse 6, 3, 55. ne cui meus vultus molestior videatur *Coel.* 11, 1, 51; molestissima perversitas 1, 6, 17.

Molior. proditionem molientes 5, 11, 7. *v.* Mollio.

Mollio. I) *proprie:* (*de animalibus*) mollire (*Sp.* moliri) cubilia 2, 16, 16 *S.* II) *de sermone:* vocem deliciis non molliamus 11, 3, 24. mollire (*syllabas*) 12, 10, 32. *v.* Aspere. cum C ac similiter G non valuerunt, in T ac D molliuntur 1, 11, 5. *cf.* 9, 4, 39. namque, ut Cicero ait, etiam quae primo dura visa sunt, usu molliuntur 1, 5, 72. *cf.* 8, 3, 82. III) *de animi affectibus:* cum patronus — molliat *etc.* 5, 13, 2 *v.* Minuo. omnia haec illa brevi primae propositionis defensione mollita 4, 2, 74. mollienda est alio colore asperitas orationis 11, 1, 85. *v.* Asperitas. Durus.

Mollis. I) *in bonam partem:* molli articulo 2, 12, 2 *N. v.* Articulus. molli manu 2, 4, 12; m. iter 4, 2, 46. m. via 1, 6, 22. molles (*a. l.* molleis *al.* mollis) somnos *Virg.* 9, 3, 21; fauces molles ac leves 11, 3, 20. *v.* Fauces. molli teneraque voce 11, 3, 23 *v.* Fortis. [pedes deliciis ingredienti molles 6, 3, 20 *v.* Deliciae.] *v.* Facetus. fit molle — mollius (*de sono*) 9, 4, 97. nihil tam indecens, quam cum mollia dure fiunt 10, 2, 19; mollior fit oratio (*a. l.* melior) 9, 2, 32. mollior nonnunquam cum reprehensione diversae partis imitatio 11, 3, 165; mollior clivus ac laetius solum 12, 10, 78. ferarum catuli molliore praeda saginantur 12, 6, 6; molliora (*in statuis*) 12, 10, 7 *v.* Durus; mollissimo rhythmorum genere 9, 4, 78. ratione vincere, quod est mollissimum 11, 1, 90. II) *c. reprehensione:* α) m. actio 11, 3, 128. animi jacentis et mollis supra modum frontis 6, 4, 11. m. educatio 1, 2, 6. mollis, effeminata (*vox*) 11, 3, 32. *v.* Acerbus; mollior nonnunquam cum reprehensione diversae partis imitatio 11, 3, 165. β) *de hominibus:* mollis et parum viri signa 5, 9, 14. in compositione paene viro molliorem 12, 10, 12 *v.* Exulto.

Mollius. teneras mentes m. alant 2, 4, 5. cum etiam servi de peccatis suis m. loquantur 4, 2, 69. res asperas mollius significant 9, 2, 92; quam mollissime pedem referre 6, 4, 19.

Molossos. totidem (*i. e. tres*) longae molosson efficiunt 9, 4, 82. *v.* Trochaeus. molosson quoque clausulae convenire *ib.* 100. optime habebit (*iambus*) ante se molosson *ib.* 102.

Momentum. α) ad efficiendum oratorem maximi protinus erit m. 10, 1, 3. non tantum afferent momenti Horatius et Torquatus 5, 11, 10.

qui tam parva mom. nominibus discreverunt 9, 3, 25. si tantum habent verba m., quanto res ipsae magis (*Sp.* majus) 11, 1, 7 *Z.* initia plurimum momenti habent, quotiens *etc.* 9, 4, 67. *cf.* 11, 3, 5. ubi maxima rerum m. versantur 8, 3, 13. rerum maximarum momenta vertit (*risus*) 6, 3, 9. res in oratore praecipua consilium est, quia varie et ad rerum momenta convertitur 2, 13, 2. et laudare testem vel contra pertinet ad momentum judiciorum 3, 7, 2. ad suadendi momenta idem valet 5, 10, 42; circa omnia m. luctantis 5, 13, 51. corpus orationis in parva m. ducendo (*Sp.* diduc.) 3, 11, 23 *Z.* β) *adj. Pron.:* magnum ad salutem m. attulisse 6, 1, 33. plurimum ad omnia momenti in hoc positum 4, 1, 7. habet magnum m. apud judices 7, 1, 62. in neutram partem habere momentum 12, 8, 8; ut alicui sit furandi causa paupertas, non erit idem in Curio, Fabricioque m. 7, 2, 38. infinitum in his quoque rebus m. est 1, 11, 11. in mediocribus utrisque majus adhuc naturae esse mom. 2, 19, 2. multum esset in hoc quoque momenti 11, 1, 20. *cf.* 9, 4, 84. affert in his momentum et aetas 6, 1, 24. *cf.* 7, 3, 14. quantum habeat in oratore momenti (*gestus*) 11, 3, 65. γ) *Ablat.:* quae utique aliquo m. inter se differant 12, 10, 67. procedens minimo m. sinister sit (*pes*) 11, 3, 159. ut sunt tria tempora, ita ordo rerum tribus m. consertus est 5, 10, 71; eodem temporis m. 1, 12, 3. aliquo m. temporis 10, 7, 27.

Moneo. I) *doceo.* α) *simpliciter:* quae scripserunt *etc.* aliquo signo, quo moneantur, notant 11, 2, 19. utrum sequamur, plerumque hac nota monendi sumus 1, 7, 3. palam moneri (*in actione*) excidentis (*sc. est*) 11, 3, 132; quod non habuerit patrem, qui moneret 11, 1, 82. Hoc est maximum ignorantiae malum, quod credit, eum scire, qui moneat 12, 3, 3. non arguentis sed monentis est 6, 1, 6 *v.* Arguo. β) *c. Obj.:* Quod monere supervacuum fuerat 1, 4, 22. Illud etiam in jocis monui 11, 1, 86. Neque enim pigebit, quod saepe monui, proferre 5, 13, 29 *N.* versus honestum aliquid monentes 1, 1, 35; *seq. Accus. c. Inf.:* monere satis est, mentiri hyperbolen 8, 6, 74. moneo quoque (*Sp.* unde moneor *contra Codd.*), ut ne id quidem transeam, ineptissime fieri, cum *etc.* 11, 3, 131 *S.* quae cavenda quidam monent, *ib.* 27. recte monemur, causas non utique ab ultimo esse repetendas 5, 10, 83. II) *hortor:* quotiens monemus (*a. l.* mov.) (*in dicendo*) 6, 2, 14. suadentium et monentium *etc.* gravis (*vox*) 11, 3, 64. quo saepius monuerit, hoc rarius castigabit (*praeceptor*) 2, 2, 5; id discipulos moneo, ut praeceptores suos ament 2, 9, 1. (*Cic.*) pro Oppio monet pluribus, ne *etc.* 5, 13, 21. Protinus ergo, ne quid cupide faciat *etc.*, monendus est puer 1, 3, 13. illud praecipue monendum, ne quis *etc.*

Monile. monilibus, quae sunt ornamenta feminarum, deformentur viri 11, 1, 3.

Monitor. *de litigatoribus:* neque tamen hoc ipsis monitoribus clarescit 6, 4, 9 *N. cr.*

Monosyllabum. monosyllaba, si plura sunt, male continuabuntur 9, 4, 42.

Mons. si m. occurret 2, 13, 3. id quod in montibus eminentissimum 8, 2, 7. urbibus montes silvasque mutari 9, 4, 4.

Monstro. si tamen rectam viam, non unam orbitam, monstrent 2, 13, 16. cui (*C. Graccho*) contionanti consistens post eum musicus fistula — modos, quibus deberet intendi, monstrabat (*Sp.* ministrabat) 1, 10, 2 *Z.* [monstrare portum 10, 7, 1 *N. cr. v.* Intro.] in ipsis statim elementis etiam brevia docendi monstrare compendia 1, 1, 24; nihil adhuc factum esse ratione, monstrat 6, 5, 7.

Monstrum. nec id ferro speciosum fieri putabo, quod, si nasceretur, monstrum erat 5, 12, 19. deinde (quod sit monstro simile) placet actio, causa non intelligitur 4, 2, 39. tale monstrum, quale Horatius — fingit 8, 3, 60. prodigiosa et monstris insignia corpora 1, 1, 2.

Montanus. locus montanus an planus 5, 10, 37.

Monumentum. *α)* annalium monumenta 2, 4, 18. in civitatis nostrae monumentis (*i. e. scriptis*) 12, 2, 29. ingeniorum monumenta 3, 7, 18. cum aliorum monumentis, tum Catonis oratione testatum est 2, 15, 8. neque aliud oratio scripta, quam mon. actionis habitae 12, 10, 51. cujus eloquentiae nulla ad nos mon. venerunt 12, 2, 22. monumenta rerum posteris tradet 12, 11, 4. *β) mortui:* (*de tumulo in litore*) 7, 3, 34. si quis circa mon. multum agri ab heredibus in tutelam cinerum, ut solent, leget 7, 9, 5.

Mora. *α)* cogitandi m. 1, 1, 31. m. judicandi 4, 4, 4. scribendi m. 10, 3, 6 *v.* Calor. vix surgendi m. (*Z. quod vix expectare possunt, dum surgant*) 2, 4, 15; conviviorum m. 1, 12, 18. dubitationis moras 11, 3, 182; propter immodicas laudantium m. 11, 3, 126. inter moras laudationum *ib.* 131. m. stili 10, 7, 14; libera ad discendum m. 12, 3, 3. sunt aliquando et sine respiratione quaed. morae etiam in periodis 11, 3, 39; spiritum recipere sine intellectu morae 11, 3, 39. morae veniam petere 6, Pr. 14. *β) Accus.:* hic moras adhibebit 11, 3, 182. multum morae lectioni festinatione adjicitur 1, 1, 32. in stilo quamlibet properato dat aliquam cogitationi m. non consequens celeritatem ejus manus 10, 3, 19. paululum morae damus inter ultimum ac proximum verbum 9, 4, 108. rebus ipsis, quibus moras et lentum profectionis ordinem ducit (*Cic.*) 4, 2, 58. effugiendae sunt m. 4, 2, 111. quod non tam moram faciet 10, 3, 10 *v.* Impetus. Spondeus moram semper per se habet 9, 4, 97. *cf.* 10, 7, 22. hanc moram et solicitudinem initiis impero 10, 3, 9. prono ac nullas m. objiciente alveo 9, 4, 7. nec — velut moram rei perhorrescant 12, 11, 9 *N.* moras et secessum et silentium quaeret 10, 7, 2. *γ) Ablat.:* sine ulla cogitandi m. 1, 1, 31. tempora conviviorum m. conterunt 1, 12, 18. intentio mora excutitur 10, 3, 20. calorem cogitationis extinguit mora et diffidentia 8, Pr. 27. inani m. fatigatis 4, 3, 8. imagines m. stili refrigescunt 10, 7, 14. *cf.* 10, 3, 6. divisio respiratione et mora constat 7, 9, 11.

Moralis. pars illa philosophiae ἠθική moralis est dicta 6, 2, 8 *v.* Ethice. cum sit in tres divisa partes (*philosophia*), naturalem, rationalem, moralem 12, 2, 10. pars ad rationalem, pars ad mor. tractatum redundat *ib.* 19. pars naturalis — illam etiam moralem, sine qua nulla esse oratio potest, totam complectitur *ib.* 20.

Moratus. bene moratas urbes (*Trop.*) 8, 6, 24. (*Cic. expositionem*) vult esse evidentem, moratam, cum dignitate. Sed in oratione m. debent esse omnia cum dignitate, quae poterunt 4, 2, 64.

Morbus. leviores morbos curare 2, 3, 6. abalienata morbis membra 8, 3, 75. mores morbo mutatos 7, 4, 30. cum morbum in signis atq. tabulis (*Cic.*) objiciat Verri 9, 2, 62.

Mordax. Belle subjicitur pro eo, quod neges, aliud mordacius 6, 3, 74.

Mordeo. mordere (*labra*), deforme est 11, 3, 81; *transl.:* hunc mordebit objurgatio 1, 3, 7 *v.* Excito.

Morior. I) cum moreretur 1, 10, 17. interrogatus, cujus veneno moreretur 7, 2, 49. postulare, ut sibi mori liceat 9, 2, 85. qui mori vult

7, 4, 39. bibendo mori 8, 5, 23. illi sic timent, tanquam ipsi morituri 9, 2, 86. mortuus est iuventus 7, 2, 48. ad moriendum non tam Cato et Scipio quam Lucretia (*afferet exemplum*) 5, 11, 10. II) *transl. i. q. p e r e o :* cum multa cotidie ab antiquis ficta moriantur 8, 6, 32 *N.*

Moror. I) *intransit.* α) ubi quaeque (*avis*) n a s c i aut m o r a r i solet 5, 10, 21. cum legatio male gesta objicitur Aeschini, quod moratus sit 4, 4, 5. currentium pes, etiamsi non moratur, tamen vestigium facit 9, 4, 67. β) *in dicendo:* si morabimur, quasi altera fiet oratio 6, 1, 2. d e p o n a m et m o r a b o r 11, 3, 38. nos neque diu moraturos, neque extra causam dicturos 4, 1, 34. γ) *adj. Praepos.:* nec diutius i n eo morandum 8, 6, 39. *cf.* 5, 13, 10. Non morabor i n parte hac 1, 3, 17. i n qua (*imagine*) si moramur 1, 3, 17. m o r a r i i n eo, quod novimus, quam d i s c e r e, quae nondum scimus, melius putamus 12, 11, 14. ne i n desuescendis morentur (*adolescentes*) 3, 8, 70; *in pronuntiando:* paulum morandum i n his intervallis 11, 3, 39; c i r c a res tenues moramur 1, 1, 35 alius divideret haec, et c i r c a singulos gradus moraretur 8, 4, 9. II) *transit.:* ne morer 9, 3, 11. 11, 3, 176. nec diu nos moretur quaestio 3, 2, 1. t a r d i o r stilus cogitationem m o r a t u r 1, 1, 28. ut cognitionem oratoris n i h i l moretur haec varietas 5, 10, 125. nisi — dum ostentare discipulos circa speciosiora malunt, compendio morarentur 1, 4, 22. quae (*membranae*) crebra relictione — et repetitione morantur manum 10, 3, 31 *Z.*

Mors. I, α) Illud notabile ex diversis: mors misera non est, aditus ad mortem est miser 8, 5, 5. m. nihil ad nos 5, 14, 12 *N.* quos m. a c e r b a damnavit 6, Pr. 4. fecit illi p r o p e r a t a m. injuriam 10, 1, 115. eum consummari m. i m m a t u r a non passa est *ib.* 89. si tantum s u b i t a m. in quaestionem venit 7, 2, 14. β) *Genit.:* mortis causa 1, 10, 33. 4, 2, 69. 7, 3, 32. contemtum d o l o r i s ac m o r t i s 12, 2, 30. jus m. a senatu quidam petunt 11, 1, 56. metus m. 12, 1, 28 *v.* D o l o r. rationem mortis (*sibi inferendae*) in senatu reddit 7, 4, 39 *N.* γ) *Accusat.:* quod is mortem suam expectaret 9, 3, 68. m. ferre (*improprium*) *D o l a b.* 8, 2, 4 *N.* qui mortem nuntiat Patrocli 10, 1, 49. quam (*mortem*) praestantissimo suscepit animo 12, 1, 17; tyrannum i n m. compulit 7, 3, 7. i n m. patris conjurare 4, 2, 72. post m. 3, 7, 20. δ) *Ablat.:* i n j u r i a, quae m o r t e sit gravior 11, 1, 53. quod probavit m. quoque ipsa 12, 1, 17. in i n f a m i a plus poenae quam in m o r t e 6, 2, 23. *v.* M u l t o. II) formas quoque fingimus, ut — M o r t e m ac V i t a m, quas contendentes in Satura tradit Ennius 9, 2, 36. *v.* Immortalitas.

Morsus. qui suos artus morsu lacerasset 8, 2, 20.

Mortalis. α) *de hominibus:* illi primi mortales 1, 6, 34. ex omnibus mortalibus, qui sunt ac fuerunt 9, 4, 132. cum hoc nemo m o r t a l i u m contendet, hunc ut D e u m homines intuebuntur 12, 10, 65. geniti mortales 3, 7, 9. mort. quidam deus 1, 10, 5 *v.* D e u s. β) *Neutr. de rebus:* mort. animalia 2, 16, 22 *N. cf.* 7, 3, 3. cognitione c o e l e s t i u m vel m o r t a l i u m 1, 10, 5.

Mortalitas. metu meae mortalitatis 6, Pr. 2 *N.*

Mortiferus. mortiferam potionem 7, 3, 7.

Mos. I) *Singul. i. q.* i n s t i t u t u m *:* α) comicus m. 1, 8, 3. paciscendi ille piraticus m. (*in causis*) 12, 7, 11 *N.* m. publicus 1, 2, 2. 3, 6, 84. m. Romanus 3, 7, 1 *N.* m. usitatissimus 1, 7, 14. neque ego sum nostri moris (*i. e. oratorum*) ignarus 12, 3, 4. β) m. Dialecticorum 7, 3, 14. m. nutricum 2, 4, 5. m. praeceptoris 12, 11, 6. m. Socraticorum 12, 1, 10.

m. veterum 12, 11, 5. m. actionum 4, 1, 43. m. civitatis 10, 1, 107. m. communis hujus sermonis 2, 10, 13. studiorum m. 12, 2, 18. Romani pudoris m. 8, 3, 39 *N.*; mos in utramque partem differendi 12, 2, 25. communem loquendi m. 8, 2, 17. m. certas sectas sequendi 3, 1, 18. agendi more ac modo 11, 1, 29, γ) mos, cui assuerunt 4, 2, 29. alibi, quam mos permiserit, turpia habeantur 11, 1, 47. unde etiam ille m., ut in conviviis post coenam circumferretur lyra 1, 10, 9. δ) *Genit.*: ut moris est 2, 7, 1. ut plerumque in hoc genere m. est 11, 1, 53. quemadmodum m. est 1, 1, 34; sicut plerisque m. est *ib.* 13. quod multis m. fuit 11, 3, 136; epulis fides ac tibias adhibere m. fuit 1, 10, 20. *cf.* 2, 4, 22, 2, 10, 9. ostendere latus actoribus m. est 11, 3, 74, *cf.* 4, 3, 1. veteribus dissimulare eloquentiam fuit m. 12, 9, 5. *cf.* 2, 4, 33. 9, 4, 12. 11, 3, 89. ε) *Accus.*: dum communem loquendi morem reformidant 8, 2, 17. servatum esse a praeceptoribus meis m. 1, 2, 23; prosopopoeias — ad comicum m. pronuntiari 1, 8, 3. materias ipsi sibi fingunt, et ad m. actionum prosequuntur 4, 1, 43. *cf.* 3, 1, 18. 7, 3, 14. in m. praeceptoris exercuit 12, 11, 6. ζ) *Ablat.*: more nutricum 2, 4, 5. *cf.* 6, 3, 47. 12, 1, 10. 12, 11, 5. m. Homerico 7, 10, 11. m. poëtis frequentissimo 11, 2, 11. Romani pudoris m. contentus 8, 3, 39. agendi m. contineri 11, 1, 29; illa obscura, quae Atellani e (*sic. de conj.* Spaldingii *et* Burmanni *Z.*; *vulg.* Atellanae) more captant 6, 3, 47 *N. cr.* cum — multum se Curio ex m. jactasset 11, 3, 129, in m. est plurimorum 12, 11, 15. constitutio est in more *etc.* 7, 4, 6. *v.* Lex. posita in more civitatis 12, 3, 7. generales quaestiones in illo maxime studiorum more versatas 12, 2, 18.

II) *Plural.* α) mores asperi, lenes, jucundi, graves, duri, remissi 4, 1, 17. m. alienorum 9, 2, 58. boni m. 6, 1, 7. malis m. 2, 5, 12. 2, 17, 32. 5, 12, 19. nocentissimis m. 2, 15, 32. probi m. 7, 2, 33. β) m. audientium 3, 7, 23. m. dicentis 6, 2, 13. m. civitatum 1, 2, 2. 3, 8, 14. m. reip. 12, 3, 1. hominum m. 10, 1, 94. m. oratoris Pr. 22. Ciceronis m. 12, 1, 14. δ) mores appellantur (πάθος et ἦθος) 6, 2, 8. si ἤθη mores sunt *ib.* 17. ipsam rei naturam spectanti mihi non tam mores significari videntur, quam morum quaed. proprietas *ib.* 9. gentibus proprii m. sunt 5, 10, 24. cum m. in tuto fuerint 1, 8, 7. naturā constare mores 12, 2, 2. m. se inter ludendum simplicius detegunt 1, 3, 12. m. praecipue discrimen dabunt 3, 8, 38. quo m. dicentis ex oratione pelluceant et quodammodo agnoscantur 6, 2, 13. *cf.* 11, 3, 154. nec boni m. videntur, sic a judice averti (*inter agendum*) 6, 1, 7. mores (*in declamationibus relinquuntur incerti*) 2, 10, 14. ε) *Genit.*: multa morum gratia legenda 10, 1, 129. m. senilis auctoritas 11, 1, 32. commendatione m. 11, 3, 154. cura m. Pr. 13. certissimum m. experimentum 3, 7, 14. imitatio m. alienorum 9, 2, 58. gravi m. dignus invidia 12, 1, 15 *N.* praeceptores m. 12, 2, 6. m. praecepta 12, 11, 9. morum ac religionis (*scientia*) 12, 3, 1. illis (*indoctis*) inest vis mentis et veritas ipsa morum (*i. e. affectuum*) 6, 2, 26 *N.* m. in his (*nutricibus*) prior ratio est 1, 1, 4. ζ) *Dat.*: studiis moribusque praepositus 2, 2, 14. perniciosa nocentissimis m. dare instrumenta 2, 15, 32. Alcaeus multum m. confert 10, 1, 63. m. magis consulant 1, 2, 2. malis m. nomen oratoris indulgent 2, 17, 32. studiis quidem scholas prodesse, moribus autem nocere 1, 2, 3. η) *Accusat.*: nihil adjuvari disciplina mores 12, 2, 2. nisi disciplinae severitate convenientium quoque ad se mores astrinxerit (*praeceptor*) 2, 2, 4. in conciliandis agentis m. 9, 1, 21. dandi sunt iis, quibus vocem accommodamus, sui m. 11, 1, 39. *cf.* 12 Pr. 4. corrumpi mores in scholis 1, 2, 4 *v.* Opinio. m. ante omnia oratori studiis erunt excolendi 12, 2, 1. *v.* Excolo. in deligendis custodum et praeceptorum

m. 1, 3, 17. m. suos fassus 10, 1, 100. cognoscenda oratori, quibus m. formantur 12, Cap. 2. qui m. praeceptis ac ratione formarit (*a. l.* firm.) 12, 2, 4. 27. suos quidque horum velut m. habet 5, 10, 19 *N.* cum hos (*m.*) imitamur 6, 2, 17. quorum (*praeceptorum*) in primis inspici m. oportebit 2, 2, 1. a quibus civitatum m. sunt instituti 1, 2, 2. m. morbo mutatos esse 7, 4, 30. [ad notandos hominum m. 10, 1, 94 *v.* Amor.] profert m. oratio 11, 1, 30. m. reprehenderunt 12, 1, 14; aetas, quae ad m. jam pertinet 1, 1, 17. Prosequitur haec memoria in senectutem, et impressa animo rudi usque ad m. proficiet *ib.* 36 *N.* consilia secundum m. dari 3, 8, 13. quae in m. recepta sunt 5, 10, 13. frequens imitatio transit in m. 1, 11, 3. ϑ) *Ablat.:* moribus incompositus 4, 5, 10. m. perfectus Pr. 16. 12, 1, 24: omne jus, quod est certum, m. constat 12, 3, 6. m. praestantissimus 2, 3, 11. verba honesta moribus perdidimus 8, 3, 45. de moribus ap. Censores reum facere 4, 2, 30. in his praesertim m. 2, 6, 3.

Motus. I) *de corpore.* α) Arati materia motu caret 10, 1, 55. [caloris (*Z.* col. modos) m. 7, 10, 10.] ista, quae tamen in aliquo posita sunt motu *opp.* pictura, tacens opus 11, 3, 67. ut citra motum quoque et hilaritate enitescant *etc.* Motu vero intenti, remissi *etc.* fiunt. *ib.* 75. β) *de gestu corporis:* a) in certamine armorum atq. in omni palaestra, quid satis recte cavetur ac petitur, cui non artifex motus et certi quidam pedes assint? 9, 4, 8. motu capitis furentes 2, 12, 9. concitatissimus corporis m. 2, 11, 4. corporis decens et accommodatus orationi m. componitur 11, 3, 29. facit aliquid et totius corporis m. *ib.* 122. rhythmus etiam in corporis motu 9, 4, 50. corporis motui (*a. l.* motibus) sua quaed. tempora adhibet musica ratio numerorum *ib.* 139. *cf.* 1, 2, 31. crebro digitorum labiorumque m. 11, 3, 160. modicus eorum (*labrorum*) m. *ib.* 81. laterum lenis in utramque partem m. *ib.* 161. sine motu laterum *ib.* 165. b) cum pariter — gestus, pronuntiatio, vultus, motusque desiderentur 1, 12, 4. flexus ille, et, ut sic dixerim, motus dat actum quend. et affectum (*Sp.* effictis) 2, 13, 9 *Z.* Idem (*Cic.*) duas ejus (*gestus*) partes facit, quae sunt eadem pronuntiationis, vocem atq. motum 11, 3, 1. cum omnis m. sex partes habeat, septimus sit ille, qui in se redit, orbis *ib.* 105 *N. cf.* 108. praeter annuendi, renuendi, confirmandique motus *ib.* 71. intervallum motus tria verba esse voluerunt *ib.* 107. ead. motus observatio est (*quae affectuum*) *ib.* 112. a quibus gestus motusque formatur 1, 10, 16; cum quodam m. 11, 3, 103. accedente m. *ib.* 125. ne actionem continuo m. conciderent *ib.* 107 *N.* gestus, qui contrahit alterno celerique m., et explicat manum *ib.* 102. in utramque partem leni m. modice prolatus (*gestus*) *ib.* 92. *v.* Gestus. II) *de animo:* α) illum animi et corporis motum 1, 2, 31. motūs animorum 7, Pr. 1, 11, 3, 61. temporarius animi m. 5, 10, 28. motum animi sui lacrimis confiteri 6, 1, 23. nec ead. vi perfertur animi alieni m., quam sui 4, 1, 47. quae altiorem (*a. l.* apertiorem) animi m. sequuntur 10, 3, 21. frons, oculi, manus multum ad motum animorum valent 9, 1, 21. non ad delectationem modo, sed ad motum quoque animorum 9, 4, 9. non ratione aliqua, sed motu animi (*a. l. om.*) nescio an enarrabili judicatur 6, 3, 6 *N.* sine m. mentis 4, 2, 115; motus est in his orationis atq. actus 9, 2, 4. ut duplici m. juvetur memoria dicendi et audiendi 11, 2, 33. et verecundiae et dubitationis et admirationis m. noti et communes omnibus 11, 3, 71. β) *simpliciter i. q. affectus:* neque enim sunt motus in nostram potestatem 6, 2, 29. sunt motus adhuc minoris, veniam petere *etc. ib.* 15. nullum affere animis motum 11, 3, 41. amittit et fidem, et affectus, motusque omnes, qui est in hac cura depre-

hensus 9, 4, 143. in alios atq. alios m. ducerent auditorem *ib.* 10. in argumentis citati atq. ipso etiam m. celeres sumus 9, 4, 138. ne dicamus omnia clamose, quod insanum est, aut intra loquendi modum, quod motu caret 11, 3, 45. sine motu quodam 9, 2, 42 *v.* Audacter. III) *i. q.* *tropus:* quod vertant orationem, unde et motus dicuntur 9, 1, 2. *cf.* 8, 5, 35 *N.*

Moveo. 1) *proprie:* α) prout movetur (*aura*) 11, 3, 16. cum manus movetur *ib.* 100. nares movere *ib.* 80. oculos movet (*gestus*) *ib.* 14. pulverem movet 5, 10, 81. inter sacra movit (*Wolff conj.* *movetur*) aqua fraxinos *Maecen.* 9, 4, 28 *N. et S.* leviter loco moti 7, Pr. 2. β) neque enim, quia movetur, qui ingreditur, iccirco qui movetur, ingreditur 5, 9, 6. servi, ancillae *etc.* citatius moventur (*in fabulis*) 11, 3, 12. nos plerumque majoribus velis moveamur 12, 10, 37. quidquid ex se ipso movetur 5, 14, 10. II) *i. q.* *excito:* summa circa movendos affectus in hoc posita est, ut moveamur ipsi 6, 2, 26. ut affectūs concitatius moveat 12, 10, 26. *v.* Affectus. Hinc (*a. l.* hic) moventur illae (*Sp.* mille) juris cavillationes 7, 4, 37 *Z.* conjecturam movet 3, 6, 10 *N.* aut fastidium moveant, aut pudorem 2, 4, 29. et hic finitionem movet 3, 6, 103. movere lacrimas 4, 2, 77. movenda miseratio 3, 8, 12. risum moventes 6, 1, 38. *v.* Risus. tragoedias moveri 6, 1, 36. pro reo plerumque gravissimum quidque primum movendum est 7, 1, 11 *N.* haec, quae supra dixi, non movere tantum, verum ex diverso amoliri quoque prooemio opus est 4, 1, 29 *N*; movisse aliqua circa rhetoricen Empedocles dicitur 3, 1, 8 *N.* vivunt omnia et moventur (*in oratione*) 10, 1, 16. III) *ad animos pertinet.* α) *absolute.* a) movere vehementius 10, 1, 110. conciliet, persuadeat, moveat (*pronuntiatio*) 11, 3, 154. *v.* Concilio. Delecto. ut magis moveat (*causa*) 4, 4, 4. falsa et incredibilia natura necesse est aut magis moveant, aut pro vanis accipiantur 9, 2, 33. mutae tantum res movent, si (*Sp. de conj.*) aut cum ipsis loquimur, aut [cum] ipsas loqui fingimus 6, 1, 25 *N. cr. et S.* etiamsi per singula magis moverat, turba valet 6, 1, 1; alia docendi alia movendi gratia dicenda 10, 2, 23. *v.* Doceo. movendi officium 12, 10, 59. Movendi ratio aut in repraesentandis est aut imitandis affectibus 11, 3, 156. in movendo gravitas 12, 10, 59. b) ita quisque, ut audit, movetur 11, 3, 2. moveamur, non concidamus 12, 5, 4. frequenter motus sum, ut me non lacrimae solum deprehenderent, sed pallor, et veri similis dolor 6, 2, 36. β) *c. Obj.:* haec, quae me movebant, dissimulanda mihi non fuerunt 6, 3, 112 *N.* neque me Lacedaemonii et Athenienses magis quam populus Rom. moverint 2, 16, 9. *cf.* 9, 1, 22. sive eum movit, quod Hermagoras prima in hoc loco posuit exempla ex quaestionibus juris, sive quod *etc.* 3, 6, 59. quod ipsum movisset de ead. re pronuntiaturum 12, 8, 15. movere audientes 12, 2, 11. *cf.* 9, 1, 25. vocem gestumque, quorum alter oculos, altera aures movet 11, 3, 14. cur ego judicem nolim, dum eum doceo, etiam movere 4, 2, 111. *cf.* 5, 13, 59. 8, 5, 32. nec judices, a quo sint moti, dissimulant 12, 9, 4. opus movendi judicum animos 6, 2, 1. *v.* Formo. ad movendos homines in omnem affectum *Domit. Mars.* 6, 3, 104. γ) *adj. Ablat.:* a) alius alio moveri solet 4, 5, 14 *N.* quibus ipse maxime moveretur 6, 1, 11. illo aspectu maxime motum in hoc, ut absolveret reum 2, 15, 7. animi minore conatu moventur 1, 12, 10. sic quisque dictis movetur, ut *etc.* 5, 7, 8. exemplo moti 7, 2, 3. *v.* Adigo. veris moveri 11, 3, 62. mov. periclitantium vice 6, 2, 35. quae (*offensio*) non ex facto modo dictove aliquo sed vultu *etc.* mov. solet 6, 1, 14; *in*

transitu: quo moti quidam 3, 6, 15. 9, 4, 94. *cf.* 3, 4, 4. b) peroratione animos moveri 8, Pr. 11. videre, quo judex dicto moveatur, quid respuat 6, 4, 19. et initio movendus sit judex 7, 1, 10 *v.* Impello. motos lacrimis (*i. e. suis*) judices 6, 1, 46. optimi cujusque voluntate moveatur (*orator*) 12, 7, 5.

Mox. *α*) *paulo post:* Sit incommodum, mox illud comparabimus commodis 1, 2, 15. quae m. praecipienda sunt 5, 10, 119. *cf.* 12, 1, 12. *β*) *i. q. postea:* corporum mox etiam fortissimorum educatio a lacte cuncisque initium ducit 1, 1, 21. *cf.* 12, Pr. 2. Obstat hoc agnitioni earum (*literarum*), non intendentibus m. animum ad ipsos ductus, dum antecedentem memoriam sequuntur 1, 1, 25. ut m. dicemus (*i. e. in libro XI.*) 1, 11, 11. Erit illud plenius interim corpus, quod m. adulta aetas astringat 2, 4, 5. nihil posteritati mansurisque m. litteris reliquisse 12, 10, 49 *N. cf.* 3, 7, 25. 5, 10, 120. 8, Pr. 3. 9, 4, 114. 12, 10, 18. 42. *γ*) *in enumerando:* non Livius circa initia statim primi libri, Tenuere, inquit, *etc.* et mox, In adversum *etc.?* 1, 5, 44. *v.* Initium. imitari primum, mox vincere 1, 2, 29. primum — tum — mox 10, 6, 3. primo — mox — tum 1, 9, 2. *v.* Deinde. Post.

Mucro. I) *proprie: v.* Ferrum. Gladius. II) *transl.:* totius ductus hic est quasi m. 9, 4, 30. nec alibi (*quam in altercatione*) dixeris magis mucrone pugnari 6, 4, 4 *N. et S.* ipse ille m. ingenii cotidiana pugna retundatur 10, 5, 16.

Mugio. quasi mugiente litera M. 12, 10, 31.

Mugitus. Et sunt plurima ita posita ab iis, qui sermonem primi fecerunt, aptantes affectibus vocem. Nam mugitus et sibilus et murmur inde venerunt 8, 6, 31.

Mulceo. I) *propric:* caput mulcere 11, 3, 158. II) *i. q. delecto:* quod animos admiratione mulceret 1, 10, 9. auditorem omni sono mulceant (*a. l.* perm.) 9, 2, 5. quod aures mulceat 11, 3, 60. aures delectatione mulcendae 12, 10, 52. (*aures*) fragosis offenduntur, et levibus mulcentur 9, 4, 116.

Muliebris. cultus mul. et luxuriosus 8, Pr. 20. vestis m. 5, 9, 14.

Muliebriter. si quis m. comat (*corpora*) 8, Pr. 19.

Mulier. *α*) Cicero objurgantibus, quod sexagenarius Publiliam virginem duxisset, Cras mulier erit, inquit 6, 3, 75 *N.* (*inductio ex dissimilibus*) Non, quod mulieri, idem pupillo 5, 10, 73. mulieris imago in gymnasio ne ponatur 7, 7, 5. permutato cum uxore habitu e custodia, ut mulier, evasit 2, 17, 20. *β*) *cum contemtu:* infra (*medios poplites tunicam pervenire*) mulierum est 11, 3, 138. ne ad mulierum exilitatem vox nostra tenuetur *ib.* 19.

Muliercula. incumbentis in mulierculam Verris 11, 3, 90. quem (*fortuiti sermonis contextum*) jurgantibus etiam mulierculis superfluere 10, 7, 13.

Mulsum. mulsa (*soloec.*) 1, 5, 16 *N. v.* Hordeum.

Multa. supra modum multae 9, 2, 27.

Multiformis. nihil est tam multiforme *etc.* quam mala mens 12, 1, 7 *v.* Mens.

Multiplex. *α*) *proprie:* loricam m. 8, 4, 24. *β*) *i. q. varius et numerosus:* actio maxime varia et mult. 11, 3, 163. judicialium causarum, quae sunt maxime variae ac mult. 4, Pr. 6. *v.* Causa. quam mult. habeant, quamque scrupulosam disputationem 9, 1, 7. in

placent 9, 4, 91. divisio rerum plurium in singulas 7, 1, 1. illic plurium rerum est congeries, hic unius multiplicatio 8, 4, 27. *cf.* 7, 8, 3. 10, 7, 16. *v.* Unus. plurium syllabarum verbis 9, 4, 66.

III) *Superlat.* *α*) *Singul.* a) erit plurimus (*futurus orator*) in maximis quibusque ac natura pulcherrimis 12, 2, 27. ap. plurimos ac prudentissimos 7, 10, 4. quod est a plurimis (*Sp.* pluribus) traditum 3, 6, 20 *Z.* Sed vel potentissimum *etc.* — Plurimum tamen est in hoc 7, 7, 8. *cf.* 2, 1, 10. 11, 2, 1. pronuntationem vel pl. ex eo mutuari 3, 3, 6. b) *Neutr. c. Genit.:* plurimum artis 10, 5, 3. pl. auctoritatis et ponderis 9, 4, 91. pl. eloquentiae 10, 1, 81. pl. facultatis 10, 5, 10. ut laboris sic utilitatis etiam longe pl. 10, 3, 1. temporis ac loci pl. 10, 6, 1. *cf.* 7, 4, 23. pl. momenti 9, 4, 67. pl. sanguinis atq. nervorum 10, 1, 60. plur. virtutum, nonnihil vitiorum 12, 1, 20. c) *Neutr. adverbial.:* plurimum adjutum 10, 1, 40. pl. confert *ib.* 27. pl. eminet 8, 3, 64. pl. ad commendationem facit 9, 1, 21. interest pl. 11, 1, 47. quantum (*a. l.* quanto) pl. possunt 11, 3, 120. pl. prosunt (*a. l.* possunt) 9, 2, 59. pl. valuerunt 10, 1, 84. *v.* Valeo. d) *c. Subst.:* plurimus circa simulationem risus est 6, 3, 85. plur. ei de honesto ac bono sermo sit 2, 2, 5. cum ex iis plurima sit res eruenda 6, 1, 51. exercitatione plurima 8, Pr. 28. *β*) *Plur.* a) *Masc.:* qui de artibus scripserunt plurimi 10, 1, 46. sunt plurimi, qui — concupierunt 10, 2, 14. ap. pl. ac prudentissimos 7, 10, 4. confessione plurimorum 10, 1, 58. b) *Neutr.:* plurima contrariis probantur 12, 1, 35. quam plurima ediscant 11, 2, 41. quam res patietur plurima 12, 9, 16. in pueris elucet spes plurimorum 1, 1, 2. et aliis plurimis 6, 1, 54. *v.* Alius. II. c) *c. Subst.:* plurimos libros et doctissimos 10, 1, 95. periodo plur. nomina dat Cic. 9, 4, 124. pl. modis 7, 9, 3.

Munditia. quaedam circa proprietatem significationemque munditiae 8, 3, 87.

Mundus. omnis m. 5, 14, 8. 9. fabricator mundi 2, 16, 12. (*quattuor*) mundi cardinibus 12, 10, 67 *v.* Cardo. se ead. geometria tollit ad rationem usque mundi 1, 10, 46. Unus m. an plures 7, 2, 6. 7, 4, 1. m. igitur animal 5, 14, 12. providentia m. regitur 3, 5, 6. 5, 10, 14. 89. 7, 2, 2. 12, 2, 21. m. ipsum (*Sp.* *inser.* ejus, *sc. musices*) ratione esse compositum 1, 10, 12 *Z.* m. ipsum paene dimetiri 12, 11, 10. an atomorum concursu m. sit effectus 7, 2, 2. qui mundum nasci dicit, per hoc ipsum et deficere significat 5, 10, 79 *N.* Epicurus (*deo*) locum inter mundos dedit 7, 3, 5.

Munerarius. munerarium Augustus primus dixit 8, 3, 34.

Munio. diversas vias munierunt 3, 1, 5. leges actoris idonea voce munitae 12, 7, 1.

Munus. I) *i. q. donum:* naturae m. 11, 2, 1. providentiae m. 12, 1, 2; muneri nobis dedisse 1, 10, 16. muneri obtulerat 4, 2, 17; dedit hoc providentia hominibus munus 1, 12, 19. refutare temporis munera 10, 6, 6 *N.* II) *i. q. officium:* m. grammatices 2, 1, 8. orandi m. 2, 15, 3. et praecipiendi m. jam diu deprecati sumus, et in foro dicendi 2, 12, 12. ab omni oratoris m. recessit 12, 2, 6. m. susceptum 4, Pr. 7. negotiis hoc inseruit m. (*laudandi ac vituperandi*) 3, 7, 2.

Murena. ut Galba, dicente quodam, victoriato se uno in Sicilia quinque pedes longam m. emisse: Nihil, inquit, mirum; nam ibi tam longae nascuntur, ut iis piscatores pro restibus cingantur (*Sp.* utantur) 6, 3, 80 *Z.*

Muria. duratos muria pisces *Orator quidam* 8, 2, 3 *N.*

Murmur. haec vox sit modica et magis murmur 11, 2, 33. v. Mugitus. m. incertum 2, 11, 4. cogitationem murmure agitantes 10, 3, 15. summisso m., quo etiam debilitatur omnis intentio 11, 3, 45.

Murmuro. ex sono murmurare (*ductum*) 1, 6, 38.

Murus. peregrinus, si murum ascenderit, capite puniatur 7, 6, 6 *N.* v. Moerus.

Mus. praetextam in cista mures rosere Camilli *poëta incertus.* 8, 3, 19 *N.* exiguus mus *Virg.* — ridiculus m. *Horat. ib.* 20 *S.*

Musa. m. illa rustica et pastoralis non forum modo, verum ipsam etiam urbem reformidat 10, 1, 55. agrestem tenui musam meditaris avena *vers.* 9, 4, 85 *N.* a Musis abesse 1, 10, 21. crassiore, ut vocant, musa *ib.* 28.

Musca. hodie te istic muscae comedissent *Sicinii dictum* 11, 3, 129.

Musica *et* **Musice.** De musice 1, 10, 9—33. ars pulcherrima *ib.* 17. grammatice quondam ac musice junctae fuerunt *ib.* musice — quae nunc in scenis effeminata, et impudicis modis fracta *ib.* 31. civili viro necessariam musicen *ib.* 15. numeros musice duplices habet *ib.* 22. musices disciplinam *ib.* 15. musices scientia *ib.* 33. Musicen tantum jam illis antiquis temporibus non studii modo verum etiam venerationis habuisse *ib.* 9. omnium in literis studiorum antiquissimam Musicen fuisse *ib.* 10. in musice *ib.* 23. sine musice *ib.* 29; Neque gravissimus in musica sonus nec acutissimus 11, 3, 41. musicam dici 8, 3, 34. nec musica (*sit ars*); cantatur ac saltatur per omnes gentes aliquo modo 2, 17, 10. v. Musicus.

Musicus. I) *Adj.:* musica ratio numerorum 9, 4, 139 *N.* m. modi 1, 10, 14. nec musicis notis (*Sp.* modis) cantica excipiat 1, 12, 14 *S.* nihil se ex musicis (*Z.* musice) scire, nisi literas *ib.* 18. II) *Subst.:* 1.10.18. 1, 10, 22. 2, 14, 4. 12, 10, 68. oratorem non faciet musicus 1, 10, 6. (*C. Graccho*) contionanti consistens post eum musicus fistula modos — monstrabat *ib.* 27 *Z.* ut iidem musici et vates et sapientes judicarentur *ib.* 9.

Mustum. dulce m. *Virg.* 8, 2, 10 *Z.* nec musta in lacu statim austera sint 2, 4, 9.

Mutatio. *α*) cujus libera m. est 7, 4, 30. m. casuum 7, 9, 9. laboris m. 11, 3, 44. m. literarum 1, 5, 16. 1, 7, 13. opportuna ordinis m. 8, 6, 64. m. tabularum 6, 3, 92. quia verborum mut. sensus quoque verteret 9, 1, 15. m. vocis 1, 5, 35. vultus m. 9, 3, 101; ut, cum mutationem casus habeat, etiam similiter desinat *ib.* 85. mutationes, quas afferunt declinatio aut praepositio 1, 4, 13. indecora in Lat. sermonem m. 2, 14, 4. in sensu vel sermone aliqua a vulgari et simplici specie cum ratione mutatio 9, 1, 11 v. Tropus; mutatione recreabitur 1, 12, 5. varietate et mutationibus 4, 2, 118 v. Varietas. plurima mutatione figuramus 10, 1, 12. v. Adjectio. *β*) *figura aut status causae:* mutatio dissimilitudinem ostendit hominum, rerum, factorum (*fig.*) 9, 3, 92; ὑπαλλακτικὴν (*στάσιν*). ea finitio est, mutatione enim nominis constat 3, 6, 47. Sunt qui ὑπαλλακτικὴν translationem esse existiment, secuti hanc mutationis significationem *ib.* 48.

Muto. *α*) a) mutare (*stili opus est*) 10, 4, 1. v. Adjicio. interim pudet mutare (*in dictando*) 10, 3, 19. diu mutantibus repugnandum 1, 6, 20. b) emendare quaedam et mutare 10, 2, 20. *cf.* 2, 4, 12. quae cum acceperunt, mutare nefas habent 12, 8, 6. v. Affirmo. omnia mu-

tare, omnia aliter dicere, quam occurrit 10, 3, 11. ut si mutes idem (*i. e. collocatione*) 9, 4, 110; quae ita sunt natura copulata, ut mutari aut intervelli non possint 10, 7, 5. interim tamen et hoc mutabitur 7, 1, 11. quid mutandum sit 12, 8, 5 *v.* Declino. multa in his libris mutata erunt Pr. 8; Id enim solum mutatur, quod non universa universis — opponantur (*i. e. hoc solum interest etc.*) 9, 2, 101. *cf. infra* 1, 5, 26. c) metri condicio mutet accentum 1, 5, 28. si aetatem mutes 1, 3, 14. mutandus est casus 9, 4, 117. colorem mutare (*a. l.* colore mutari) 12, 5, 4 *N. cr.* mihi videtur condicionem mutare, quod his locis verba conjungimus 1, 5, 26 *N.* verborum figurae et mutatae sunt semper et mutantur 9, 3, 1. si flexum illum (*Sp.* illi) mutaveris 4, 1, 68 *Z.* in literis syllabisque natura mutatur 9, 4, 91. illa numerum mutantia 9, 3, 20. opinione, quae mutari non potest 4, 1, 38. ordinem mutabit utilitas 7, 1, 63. persuasiones mutaveris 3, 1, 6. cujus ratio mutata cum temporibus est saepius 1, 5, 19. totus prope mutatus est sermo 8, 3, 26. mutaturum tabulas 5, 12, 5. quaed. (*verba*) etiam mutantur ut *fero* in praeterito 1, 4, 29. *v.* Converto. d) *Partic.*: mutatis casibus 9, 3, 80. m. codicibus 10, 3, 33. elocutione m. 9, 1, 16. m. literis 6, 3, 53. m. nomine 8, 3, 51. eadem verba mutata pronuntiatione 11, 3, 176. verbis ex parte mutatis 6, 3, 96. *cf.* 1, 9, 2. β) *c. Ablat.*: mutantur pleraque causis, temporibus, occasione, utilitate 2, 13, 2. *cf.* 6, 1, 42. 11, 3, 137. testium personis aliqua mutentur 12, 10, 56. ipsam dispositionem plerumque utilitate mutari 7, 1, 2. perseveraverit in eo, quod coeperat, an aliquid dolore mutarit 5, 4, 2. lanarum colores, quibus simplex ille candor mutatus est 1, 1, 5. mores morbo mutatos 7, 4, 30. nec mutatur vocabulis vis rerum 9, 1, 7. productione tantum vel correptione mutatae voces 9, 3, 69; *i. q.* vario: crebrioribus mutata declinationibus iteratione *ib.* 42. [narrationem longis mutant hyperbatis 8, 6, 67 *v.* Hyperbaton.]; domibus casas *etc.* mutari 9, 4, 4. γ) *c. Praeposit.* a) gubernatori ad incursus tempestatum, agenti ad varietatem causarum ratio mutanda est 10, 7, 3. ad singulas paene distinctiones vultus mutandus est 11, 3, 47. b) quae praepositionibus in contrarium mutantur 9, 3, 71. bona facile mutantur in pejus 1, 1, 5. mutare in Spondeum modos 1, 10, 32. nocentes mutari in bonam mentem 12, 1, 42. c) mutant aliquid a recto 2, 13, 11. 9, 1, 13; illud ex consuetudine mutandum 2, 7, 1. mutare ex illo constituto traditoque ordine aliqua 2, 13, 8. multa ex his mutari necesse est ab iis 11, 3, 134. multa ex differentia personarum *etc.* mutabit 12, 10, 70. ubi nihil ex significatione mutatum est, et structura sola variatur 8, 6, 67. nihil ex Catone Gracchisque mutandum (*a. l.* imitandum) 8, 5, 33. *cf.* 3, 6, 63. 4, 2, 29. ut in hoc, *Virtus etc.* aut enim partes orationis mutat, ex illo *Virtus etc.*; aut casus, ex illo *Virtutis etc.* 9, 3, 10; nisi forte non ex Graeco mutantes (*i. e. vertentes; Sp.* mutuantes) *demonstrativum* vocant 3, 4, 14 *N. cr. et S.*

[**Mutuatio.** Non est haec mut. (*de vet. conj.* hoc depositum) 7, 3, 1 *N. cr.*]

Mutuo. a doctis inter ipsos etiam mutuo reprehensa 10, 2, 15.

Mutuor. I) *de pecunia:* mutuatus es a me 5, 10, 107. II) *transl.:* illi a nobis nonnunquam mutuantur (*sc. verba*) 1, 5, 58. quas (*literas*) mutuari solemus 12, 10, 27; quasi mutuantibus hoc a judiciali genere 3, 8, 8. a personis affectus mutuantur 11, 3, 73. ab iisd. duas (*literas*) mutuaremur 1, 4, 7. a corruptissimo quoque poëtarum figuras seu translationes mutuemur 8, Pr. 25; ex proxima mutuari 10, 1, 12. pronun-

tiationem vel primum ex eo (*judicio*) mutuari 3, 3, 6; quod in alia re fieri solet, in aliam mutuamur 6, 3, 61. *v.* Muto.

Mutus. *α*) qua (*orandi facultate*) remota, muta sunt omnia 12, 11, 30. stabitne mutus 10, 7, 2. mutos nasci 12, 1, 2. m. nutricibus 10, 1, 10. m. animalia 1, 2, 20. 1, 10, 7. 5, 11, 24. 34. 5, 13, 23. m. effigiem 6, 1, 32. m. res *ib.* 25 *S.* 11, 1, 41; quorum m. aspectus 6, 1, 26. m. quandam scientiam 5, 10, 119 *N.* *β*) *simpliciter de bestiis:* a mutis 5, 11, 23. 7, 3, 15. quia carent sermone, muta atq. irrationalia vocantur 2, 16, 16. Nec, si mutis finis voluptas, ideo rationalibus quoque 5, 11, 35. *γ*) *Fem. de literis:* eas (*consonantes*) in semivocalium numerum mutarumque partiri 1, 4, 6.

Mutuus. I) *de pecunia:* mutuam (*a. l.* mutuum) accepisse 4, 4, 6 *N. cr.* C talenta mutua dedisse 5, 10, 111. II) *transl.* id mutuum est 2, 2, 12. m. accusatio 3, 6, 76. 3, 10, 4. m. auxilio 5, 12, 4. m. benevolentia 12, 7, 12. m. confirmatio 5, 10, 78. m. perniciem 12, 1, 2.

Myrtus. tonsas myrtos 8, 3, 8.

Mysterium. legem dicendi quasi quaedam mysteria tradiderunt 5, 13, 60.

N.

N. [columnam et consules exemta N litera legimus 1, 7, 29 *v.* Consul.] Latinum nomen, quod o et n literis finiretur, non seperiebant 1, 5, 60. illi (*Graeci*) ny, jucundam et fine praecipue tinnientem, illius (*M*) loco ponunt, quae est ap. nos rarissima in clausulis 12, 10, 31.

Nae. nae (*a. l.* ne) illi sunt pedes faceti *Brut. ap. Cic.* 6, 3, 20 *N. cr.*

Naenia. carmen funebre proprie naenia 8, 2, 8.

Nam. *α*) *in conclusione:* Nam neque Parnasi vobis juga, nam neque Pindi. (*Virg.*) Potest enim deesse alterum nam. 9, 3, 18. Nam et nobilis et juvenis (*sc. erat*) 11, 1, 68. Nam, si ad illam extremam (*sc. nos revocatis*): multa Demosthenes, quae ante eum nemo 8, 5, 33; Erant clara et nuper ingenia. Nam et Trachalus plerumque sublimis *etc.* fuit: auditus tamen major. Nam et vocis felicitas *etc.* superfuerunt 10, 1, 119. *cf.* 6, 3, 33. Nam cum *etc.* 8, 3, 36. *β*) *exemplum introducens:* Nam memini juvenis admodum inter Pomponium ac Senecam esse tractatum 8, 3, 31. Nam et illud ap. Euripidem frigidum sane 5, 10, 31. N. ejus frequentissimum exemplum est, cano, canto, dico 8, 6, 38. *cf.* 10, 1, 23. *γ*) *in transitu:* N. frons pluribus generibus peccat 1, 11, 10. N. id quoque in primis est custodiendum, ut *etc.* 8, 6, 49. *cf.* 9, 4, 72. 134. 10, 1, 83. 12, 2, 23 *N.*; *saepius repetitum* Nam — Nam et 7, 4, 23. 24. 25. 29 *N. cf.* 6, 3, 33. *δ*) *c. vi adversat.:* Nam, (*a. l.* quanquam) ut, quod sentio, semel finiam 5, 13, 3 *N. cr.* Nam, etiam cum judicium meum ostendero, suum tamen legentibus relinquam 9, 4, 2. *cf.* 1, 7, 11. 6, 3, 33. *ε*) *respicit suppressam sententiam:* nam Graecis historicis plerumque poëticae similis est licentia 2, 4, 19. Magnas tamen sententias, et res bonas elidunt: nam et barbari et servi: et, si hoc sat est, nulla est ratio dicendi. 2, 11, 7 *N. cf.* 9, 3, 19. 10, 1, 12 *N.* 11, 3, 21; 6, 3, 21 *N. et S.* *ζ*) *adj.* quidem, *ubi saepius transitum modo facit:* Nam eos quidem — praeteribo 9, 3, 99. *cf.* 4, 2, 60 *Z.* N. crudum quidem *etc.* declamare neminem puto 11, 3, 27. Nam

scriptores quidem iamborum veterisque comoediae etiam in illis saepe laudantur 10, 1, 9. *cf.* 1, 7, 10. 1, 11, 18. 10, 1, 50; Nam certe nemo dubitabit 12, 1, 11. *v.* Certe. η) *seq.* *neque:* Nam neque semper est desperandum —: neque adeo jejunam ac pauperem natura eloquentiam fecit 10, 5, 5. nam, neque vim eorum consequentur: et elocutione contenti — videbuntur 2, 5, 21. Nam nec — nec denique 3, 9, 9. *cf.* 1, 11, 17. *v.* Neque. θ) *seq. Pron. interr.:* nam quis credat 9, 1, 18. Nam quis dubitat 9, 4, 130. *cf.* 7, 10, 9. 11, 1, 25. 12, 10, 21. Nam quid impurius 9, 2, 80. *cf.* 1, 2, 15. 6, 5, 9. 11, 1, 84. Nam quomodo judex doceri potest 9, 2, 2. *cf.* 10, 3, 11. nam quo alio modo fiat frugalitas? 1, 6, 17. nam quanto minus oderint? 9, 2, 76.

Namque. α) *in principio:* (*seq. vocali*) Pr. 7. 5, 14, 33. 8, Pr. 19. 8, 6, 36 *Z.* 40. 10, 1, 27. 11, 2, 23. 11, 3, 133. 179. 12, 7, 5. 12, 10, 58. Namque hoc qui fecerit, ei res cum nominibus suis occurrent. Sed opus est studio *etc.* Namque ista quaerendi *etc.* anxietas 8, Pr. 29; namq. πάθος concitat 6, 2, 12. β) *postpositum:* maciem namque et infirmitatem 2, 4, 6. Mire n. 9, 2, 29. omnia n. ista 9, 4, 32. Is n. *etc.* 8, 6, 71. [Quae n. (*Z.* enim) est quaestio 3, 9, 3 *N.*] agitari n. animos 1, 10, 34.

Nanciscor. velut campum nacti expositionis 4, 2, 39.

Nares. nares eo tempore (*i. e. adolescentiae*) tument 11, 3, 29. non oris modo suavitate sed narium quoque, per quas, quod superest vocis, egeritur *ib.* 16. in adversum tergere n. 11, 3, 121. Naribus non fere quidquam decenter ostendimus, tametsi derisus iis, contemtus, fastidium significari solet. Nam et corrugare nares, ut Horatius ait, et inflare, et movere, et digito inquietare, et pulso subito spiritu excutere, et diducere saepius, et plana manu resupinare, indecorum est *ib* 80. loquendo per nares *ib.* 56. sanguis potest e naribus profluxisse 5, 9, 9.

Narratio. α) *in dicendo:* 2, 13, 1. 3, 9, 1. 5. 4, 1, 24. 73. 4, 2, 2, *etc.* *ib.* 31 *N.* 107. 11, 3, 152; n. est probationis continua propositio 4, 2, 79. brevis erit n., si *etc.* *ib.* 40. n. in contionibus necessaria 3, 8, 11. (*qualem actionem n. postulet*) 11, 3, 162. n. fere tardiores atque modestiores desiderat pedes, et omnibus (*Z. conj.* incisionibus) maxime mixtos. — docere et infigere animis res semper cupit 9, 4, 134. β) Erit autem n. aperta atq. dilucida, si *etc.* 4, 2, 36. constricta an latius fusa n., continua an divisa, recta an ordine permutato 2, 13, 5. ficta n. 4, 2, 19 *N.* n. sit lucida, brevis, verisimilis *ib.* 31. repetita n. *ib.* 128. perfectas, imperfectas n. *ib.* 3. γ) *Genit.:* narrationum tres accepimus species, excepta, qua in causis utimur 2, 4, 2. duas in judiciis narrationum species 4, 2, 11. narrationis color 3, 6, 92. 12, 10, 71. n. finis 4, 2, 132. difficilius narrationum genus 4, 2, 66 *seq.* pressa illa n. gracilitas 4, 3, 2. ab initio n. 11, 3, 144. in praeceptis n. 8, 2, 22. δ) *Dat. et Accus.:* narrationi non accommodatus (*gestus*) 11, 3, 93. narrationibus non inutiliter subjungitur opus destruendi eas, quod ἀνασκευή et παρασκευή vocatur 2, 4, 18; narrationes stilo componi 2, 4, 15. narrationem dicit malus homo 2, 20, 10. n. nunquam exiget privata deliberatio 3, 8, 10. n. omni, qua potest, gratia ac venere exornandam 4, 2, 116. orationibus complures hujusmodi n. insertae 6, 3, 42. miscenda sit an separanda n. 4, 2, 101. [multi narrationem longis mutant hyperbatis 8, 6, 67. *v.* Hyperbaton.] ζ) *Ablat.:* si varietatem criminum narratione demonstraveris 4, 3, 7. [n. causam proponi (*sic edd. de conj.* Regii; *ad Codd. propius* n. propositâ confirmari aut

refutari, *ut hac contracta dicendi ratione Qu. tres causae partes simul complectatur*) 8, Pr. 11. *N. cr.*] a narrationibus statim cura ejus (*rhetoris*) desideratur 2, 1, 8. in n. pleni atque expressi 9, 4, 138. facillime tenorem in narrationibus servant 10, 7, 6. De Narratione 4, Cap. 2.

Narratiuncula. n. a poëtis celebratas, notitiae causa, non eloquentiae, tractandas puto 1, 9, 6.

Narrator. abunde disertus rerum suarum n. 11, 1, 36.

Narro. *α*) *Verb. finitum.* a) *in oratt:* indocti, barbari, servi narrant 2, 17, 6. cum narramus 3, 4. 3. *cf.* 15. 7, 1, 38. pro Vareno (*Cic.*) postea narravit, quam objecta diluit 4, 2, 26 *Z.*; narrare vero quis brevius, quam qui mortem nuntiat Patrocli, quis significantius potest, quam qui Curetum Aetolorumque pugnam exponit? 10, 1, 49. n. male 4, 2, 15. membratim m. 9, 4, 127. n. suspiciose 4, 2, 81. b) *in sermone:* narrare, quae salsa (*a. l.* falsa) sint, in primis est subtile et oratorium 6, 3, 39. quae non docendi gratia, sed ornandi narrantur 9, 4, 127. ea sibi narrari, non exprimi et oculis mentis ostendi 8, 3, 62. haec aut ostenduntur, aut narrantur, aut dicto notantur 6, 3, 67. non narrari res, sed agi 9, 2, 43. Aesopicas fabellas narrare sermone puro 1, 9, 2; in Symposio Plato, cum Alcibiaden confitentem de se, quid a Socrate pati voluerit, narrat 8, 4, 23; qua de re memini narrasse mihi Jul. Secundum — quid esset sibi a patruo suo dictum 10, 3, 12. *β*) *Partic.:* narrantis auctoritas 4, 2, 125. pollici proximus digitus est narrantibus decorus 11, 3, 101. rei narratae vel probatae 8, 5, 11. narrato Pisonis exemplo 9, 2, 61; An non in foro narrandum est 2, 1, 10. *γ*) *Gerund.:* lex narrandi 2, 13, 1. quae n. lux, brevitas, fides 2, 5, 7. quae ratio et quam varia n. 10, 2, 27. n. quae nobis optima ratio videatur 2, 4, 3. illo subtili (*genere*) praecipue ratio narrandi probandique consistet 12, 10, 59. *cf.* 4, Pr. 6. 4, 2, 30 *seqq.* vertitur interim προσωποποιΐα in speciem n. 9, 2, 37. (*historia*) scribitur ad narrandum, non ad probandum — verbis remotioribus et liberioribus figuris n. taedium evitat 10, 1, 31; T. Livium — in narrando mirae jucunditatis clarissimique candoris *ib.* 101. in narr. consistere facetias 6, 3, 42 *v.* Jacio. in n. gratiam illam expositionis quaeret 11, 1, 53. in n. certus, sed tum paulo productior (*gestus*) 11, 3, 92.

Nascor. I) *proprie.* *α*) qui hominibus, ut sint oratores, satis putant nasci 11, 3, 11. ut virtutem obviam et illaboratam, tantum quia nati sumus, habeamus 12, 2, 2. cum omnino (*a. l. inser.* adhuc) natus non esset 5, 10, 44. tum non natus eras 6, 3, 73. si (*Sp. om.*) filia nata (*sc. esset*) 11, 1, 82 *Z.* animalia indomita nascuntur 9, 4, 5. ubi quaeque (*avis aut fera*) nasci soleat 5, 10, 21. ibi tam longae (*murenae*) nascuntur 6, 3, 80. nec id ferro speciosum fieri putabo, quod si nasceretur, monstrum erat 5, 12, 19; An hic sit ex Urbinia natus 7, 2, 5. e terra uberi utile aliquid nascetur 2, 19, 2. qui sunt in his (*gentibus*) nati 3, 2, 4. tanquam ad eam (*linguam*) demum natus esset 6, Pr, 11. *β*) *Partic.:* (*nomina*) et ex casu nascentium — et ex iis, quae post natos eveniunt 1, 4, 25. quae fletibus natos, laetitia defunctos prosequuntur 5, 11, 38. An pro non natis sint habendi, qui a familia sunt alienati 3, 6, 99. homines honestis parentibus ac majoribus natos 11, 1, 85. ex meretrice natus ne concionetur 7, 6, 3; delectationi natus 10, 1, 119. in quae natus videtur 2, 8, 5. natis postea *opp.* illi primi homines 8, 3, 36; nato filio 1, 1, 1. [erudiendo nato tuo (*ed. Spald.*, *sed Amb.* 1. *recte* Getae t.) Pr. 6. *N. or. et S.*] natum filium sustuli, educavi (*Sp. n. s., f. e.*) 4, 2, 42 *S.* *γ*) *Gerund.:*

IV) *in judiciis.* α) *Singul.:* a parte accusantis 7, 4, 38. pro p. suscepta 7, 2, 55. p. ejus, quam tuemur 5, 12, 7. adversarius fiduciam p. suae jactat 4, 1, 19. vocem ad nostram p. vertere 7, 9, 14. quae nostrae partis sunt, scripta esse possunt 12, 9, 19. non minus pro adversa p. quam pro mea cogitabam 7, 1, 4. *cf.* 2, 4, 28 *Z.* 4, 1, 11. 4, 5, 28. 12, 9, 11. p. diversa *opp.* nostra 3, 11, 23. *cf.* 4, 1, 54. 4, 2, 6. 102. 5, 7, 11. 23. 5, 13, 12. 11, 3, 165. diversae p. advocatis 11, 1, 19. propositis ex diversa p. respondere 2, 4, 28. p. altera 5, 13, 36. 7, 2, 51. 10, 5, 20. famam p. altera consensum civitatis vocat, altera sermonem *etc.* 5, 3. *cf.* 5, 4, 1. utriusque p. facit bonam causam 9, 2, 29. quod ex utraque causae p. dicatur 2, 17, 30. *cf.* 31. confessum ex utraque p. jus est aut dubium 7, 7, 7 *Z. cf.* 7, 1, 2. pro meliore p. plura sunt semper (*argumenta*) 6, 2, 4; in secunda assertione *etc.* parte (*i. e. diversa*) victa 11, 1, 78. β) *Plur.:* diversarum partium hominibus 5, 13, 5. diversas p. tueri 6, 4, 21. optimis se p., id est reip., jungeret 12, 1, 16; Pompeji (*sc. dictum*) in Ciceronem diffidentem partibus (*a. l. adjic.* ejus) 6, 3, 111 *N. cr.* Tubero juvenem se patri haesisse *etc.* ait, ut primum licuerit, a partibus recessisse 11, 1, 80.

Participialis. dictu et factu. Sunt enim haec quoque verba participialia quidem, non tamen qualia dicto, factoque 1, 4, 29.

Participium. mixtum verbo part. 1, 4, 19. quaedam participia verba an appellationes (*Sp.* p. an verbi app.) sint dubitari potest, quia aliud alio loco valent, ut lectus et sapiens 1, 4, 27 *Z.* in participio per genus et casum, ut in vocabulo, peccatur 1, 5, 47. quomodo quire et ruere in participia transibunt? 1, 6, 26. utimur et verbo pro participio, *Magnum dat ferre talentum*, tanquam *ferendum:* et participio pro verbo, *Volo datum* 9, 3, 9. *Edico, et dira bellum cum gente gerendum.* Quamvis enim pars *bello* posterior participio insistat, utrique convenit illud *edico* ib. 64.

Particula. α) tam minutae rerum part. 3, 11, 21. sonorum particulae 2, 8, 15. haec (*Suovetaurilia etc.*) non tam ex tribus (*partibus orationis*) quam ex particulis trium coëunt 1, 5, 67. particulam civilitatis sicut dialectices Aristoteles rhetoricae assignat 2, 17, 14. neque quidquam ex his, quae tum praecepi, supervacuum fuit: ad easdem enim part. haec quoque, quae nunc praecipiam, revertentur 3, 6, 65. β) *praecipue orationis:* hae particulae prout sunt graves, acres, lentae, celeres, remissae, exultantes, proinde id, quod ex illis conficitur, aut severum *etc.* erit 9, 4, 69. hujus ipsius p. aliquod initium fecerit? 7, 10, 6. cum fecerunt mille part., in eandem incidunt obscuritatem, contra quam partitio inventa est 4, 5, 25. non equidem in omnes eam (*orationem*) part. secabo, quarum ambitiose a quibusdam numerus au-

getur 8, 3, 63. Quid alioqui fiet, cum in medio foro etc. erit subito continua oratione dicendum, si particulas, quas ceris mandamus, nisi in solitudine reperire non possumus 10, 3, 30 *N.*

Partim. quod partim praeceptis, partim usurpatum ratione cognoveram 7, 1, 3. p. cupiditate — p. ambitione — p etiam inscientia 12, 11, 14. p. condicione vel temporum vel locorum, p. iudicio cuiusque atque proposito 12, 10, 2. ex dubiis p. nobis ipsis ad electionem sunt libera, p. aliorum sententiae commissa 3, 4, 8 *N.*

Partior. I, α) *i. q. divido.* a) ita causam partimur 7, 4, 20. quorum priusquam partiamur species 5, 8, 4. b) *seq. in:* ut omnia in haec duo partiamur 5, 10, 23. qualitatem in plura partitus est 3, 6, 34. cum in species partimur, quod in genera partiri sit satis 4, 5, 27. *cf.* 3, 6, 66. 6, 3, 108. consonantes a vocalibus discernere, ipsasque eas in semivocalium numerum mutarumque partiri 1, 4, 6. β) *i. q. distribuo:* haec est velut imperatoria virtus copias suas partientis ad casus proeliorum — mari denique ac terra dividentis 7, 10, 13. liberalius tempora sua impensurus uni, quam si eadem in plures partiatur 1, 1, 2; aves, quae foetibus cibos partiuntur 2, 6, 7. cur non pluribus curis horas partiamur 1, 2, 4. γ) *in dicendo:* proponere, partiri, interrogare sermoni proxima 11, 3, 163 *N.* eum optime pro Murena esse partitum 4, 5, 12. in partiendo 4, 5, 2. II) *Partic.:* potentissima argumenta primone ponenda sint loco — an summo — an partita primo summoque 5, 12, 14. expositione partitā *opp.* continua 7, 10, 11. part. peroratio 6, 1, 55.

Partitio. α) illa p. ab Aristotele tradita 5, 1, 1. tria an plura sint ambigitur. Nec dubie prope omnes hac p. contenti fuerunt 3, 4, 1. β) *in dicendo:* partitio dispositionis est species 3, 9, 2. his (*partibus iudicialis generis*) adiecerunt quidam partitionem *ib.* 1. part. est nostrarum aut adversarii propositionum aut utrarumque ordine collocata (*Sp.* collata) enumeratio 4, 5, 1 *Z.* De partitione 4, Cap. 5. part. singularum (*rerum*) in partes discretio (*Sp.* discretus ordo) 7, 1, 1 *S. v.* Divisio. (*fig. ap. Cels.*) 9, 2, 105; — concisa nimium et velut articulosa 4, 5, 14. p. nimium multiplex *ib.* 3. recta p. *ib.* p. prima est: quid sit, de quo conveniat 4, 5, 28 *N.* initium eius (*orationis pro Cluentio*) partitioni simile est, quae celeritate gaudet 9, 4, 92. Cic. utitur pro Cluentio (*in prooemio*) partitione 4, 1, 69. *cf.* 6, 3, 66; *Plur.:* argumenta, partitiones, iocos et quidquid est sermoni magis simile 9, 4, 131. propositionum ac partitionum leporem 11, 1, 53. γ) *materiae rhetoricae:* taceo de partitionibus et declamationibus 1, 2, 13 *N.*

Partus. quae ante partum meretrix fuit 7, 6, 3.

Parum. I) *Adiect.* α) alterum parum, alterum nimium est 8, 3, 48 tamquam p. sit, si dicatur quod horridum (*Sp.* labor) *ib.* 26 *v.* Aerumna. id neque in aliis partibus parum (*Z. de vet. conj.* rarum) est, et praecipue prooemio convenit 9, 2, 16 *N.* si aliqua contemsisset, si parum (*Z. ut felicissimam h. l. amplectitur Madvigii conj.* partem, *quae probatur quidem aliquatenus contrapositis* aliqua *et* omnia. *cf. Fr. Exc. N. et H.*) non concupisset, si non omnia sua amasset (*Seneca*) 10, 1, 130 *N.* β) *c. Genit.:* parum mellis et absinthii multum habere 3, 1, 5 *N.* An Pollio et Messala — p. in vita dignitatis habuerunt, p. ad posteros gloriae tradiderunt? 12, 11, 28. p. sibi praestari reverentiae 11, 3, 133. II) *Adverb.* α) *c. Adiect.:* p. aptum 11, 1, 89. p. cauti 5, 13, 34. p. certus 6, 3, 68. non p. alioqui copiosa 2,

Pastoralis. musa illa pastoralis et rustica 10, 1, 56.

Pastor. nec pastorem populi auctore Homero dixerim 8, 6, 18.

Patefacio. portum eloquentiae non et piratis patefaciet 12, 7, 4; investigata, comperta, patefacta per me 9, 3, 49.

Pateo. I) *proprie.* α) patet media quaed. via 8, 5, 34. qua cava funda patet *Cic.* 8, 6, 73. in quantum patet longitudo 11, 3, 118. jugeri mensuram dimidio in latitudinem patere 1, 10, 42. β) consilia, quae late patent 7, 2, 42. II) *transl.:* illud patet, hoc se quodammodo ostendit 8, 3, 61; id vel hoc argumento patet 1, 12, 9. sicut nomine ipso patet 9, 1, 4. plurimae (*syllabae*) natura ipsa verbi patent 1, 7, 2. ut ipsa oratiuncula patet 4, 3, 17. quod Graeco verbo patet 6, 1, 2. quod uno verbo patet, pluribus oneramus 8, Pr. 24. ut procedente libro patebit 3, 1, 7; quo vel solo patet, non persuadendi finem in oratore servandum 11, 1, 11. in collibus etiam imperito patet plus soli esse quam coeli 1, 10, 45; unum est, in quo ipso patet (*Sp. om.*), semper id servari non posse (*Sp. adj.* ex ipso patet) 7, 6, 5 *Z.* quantum habeat in oratore momenti, satis vel ex eo patet 11, 3, 65.

Pater. cur pater patris faciat 1, 6, 13. I) *de parente.* α) *Nominat.:* pater durus 4, 2, 73. p. naturalis 3, 6, 96. ille Terentianus p. 11, 1, 39. p. ille, cujus praecipue partes sunt, quia interim concitatus interim lenis est, altero erecto altero composito est supercilio 11, 3, 74; pater Gallio 3, 1, 21. 9, 2, 91. p. raptoris et raptae 9, 2, 91. qui p. vult fieri 3, 8, 24. licuit, quia p. eram 5, 10, 40. at pater est (*de leone*) 8, 6, 34 *v.* Pario. cum p. ex meretrice natum abdicat 11, 1, 82. *v.* Abdico. quamlibet gravia filio p. objecturus *ib.* 58. quod maxime patres exigunt, atque ita demum studere liberos suos, si quam frequentissime declamaverint, credunt 2, 7, 1. *cf.* 10, 5, 21. β) *Genit.:* interfector patris 5, 10, 88. alia p. adv. filium moderatio est 6, 2, 14 *v.* Filius. γ) *Dat.:* juvenem se patri haesisse 11, 1, 80. patri in filium manus injectio sit 7, 7, 9. ne exprobraret p. nuptias 11, 1, 83. qui p. proditionis reo non affuerit, exheres sit 5, 10, 107. si percussus sit — quod p. affuisset 6, 1, 17. δ) *Accus.:* ut in scholis luxuriantem patrem luxuriosus ipse juvenis accusat 11, 1, 79. quod non habuerit p., qui moneret *ib.* 82. qui patrem interfecerit, culeo insuatur 7, 8, 6. competitorem p. in suffragiis vicerat 7, 1, 29. alter juvenes et bonos patres optime (*sc. egit*) 11, 3, 178. inter patres etiam filiosque litigatum scio 11, 1, 65. II) *de senatoribus:* Senatui nomen dederit aetas, nam et iidem Patres sunt 1, 6, 33. propter ipsam (*rem*) deliberant Patres conscripti, An stipendium militi constituant 3, 8, 18. *cf.* 9, 3, 72. deliberant P. C., An Fabios *etc.* 3, 8, 19.

Paternus. p. amici *Dom. Afer* 9, 2, 20. p. bona 3, 11, 13. p. praedia 6, 3, 44. reddidisse in loquendo p. elegantiam 1, 1, 6. fratri nihil dare ex paternis 7, 1, 43.

Patienter. cur tam p. toleraret 6, 3, 112.

Patientia. plus (*honoris*) fortitudo, patientia (*merebitur Lacedaemone quam Athenis*) 3, 7, 24. *v.* Moderatio. quod aliis pat. facile mendacium faciat, aliis infirmitas necessarium 5, 4, 1; si non cupido lucis, certe pat. 6, Pr. 13. audiendi pat. deficit 11, 2, 8. etiam male audiendi praesumenda pat. est 12, 9, 9. cum satis in audiendo patientiae impenderit 12, 8, 10.

Patior. I, α) *simpliciter:* si causa patietur 5, 6, 2. *cf.* 7, 4, 31. si com-

positio patiatur 9, 4, 26. 119. quousque patitur decor 1, 5, 69. ut quisque passus est locus 6, 5, 6. scripta quam res patietur plurima 12, 9, 16 *N.* quantum res pateretur, optimas (*nutrices*) eligi 1, 1, 4; *de affectu:* qui vere patiuntur 6, 2, 27. β) *c. Accus.* a) *fero:* omnia nos passuros 11, 1, 65. nihilque eorum pati unum diu possumus 11, 3, 44. sive quid passi sumus grave, sive passuri 4, 1, 27. gravia, indigna, tristia passos 6, 2, 34. si maxime haec patiatur aetas robustior, tamen pueriles annos onerari non oportet 1, 12, 1; sed hoc pati non possumus 4, 2, 127. ut neglligentiae est pars hoc pati, ita humilitatis ubique perhorrescere 9, 4, 35; cicatricem nondum pati posse 2, 4, 11. graviter et iniquo animo maledicta tua paterer *Sall.* 4, 1, 68. quod passi sumus (*malum*) 6, 2, 22. dolorem pati 5, 10, 70. intellectum disciplinarum capere et laborem pati 1, 1, 15. nec otium patitur 10, 6, 1. poenam passus 11, 1, 18. ut risum libenter patiantur 6, 3, 31. quod (*vulnus*) se passum 6, 3, 75. quid a Socrate pati voluerit (*Alcibiades*) 8, 4, 23; *transl. de rebus:* quod nec omnis quaestio (*Sp.* actio) patitur, nec omnis causa desiderat 4, 1, 24 *Z. N.* haec, ut quisque passus est locus, monuimus 6, 5, 6. concedamus sane, quod minime natura patitur 12, 1, 23. b) *afflictor:* an dolorem capitis habeat, qui hoc se pati dicet 2, 17, 39. et metum duplicem intelligi volo, quem facimus, et quem patimur: et invidiam 6, 2, 21. *cf.* 9, 3, 7. a qua (*via*) declinare qui crediderit nefas, patiatur necesse est illam per funes ingredientium tarditatem 2, 13, 16. nullum eorum patietur incommodum 11, 3, 32. quiddam pati furori simile 1, 2, 31. si nihil ipse, qui in iram concitat se, simile patietur 6, 2, 27; quaedam (*verba*) simile quiddam patiuntur vocabulis in adverbium transeuntibus 1, 4, 29. γ) *c. geminato Acc., aut Acc. c. Inf.:* nihil otiosum pati, quodque in inventione, quodque in elocutione annotandum erit 2, 5, 7. querelas — necem — conspirationes non inultas patietur orator 12, 7, 2; nullo se implicari negotio passus est 4, 2, 110. non patiamur igitur frigescere hoc opus 6, 1, 29. ut teneras adhuc mentes satiari velut quodam jucundioris disciplinae lacte patiantur 2, 4, 5. duo spondei non fere jungi patiuntur 9, 4, 101. *cf.* 1, 5, 61. 9, 4, 6. 10, 1, 89. 12, 7, 9; quae vero hoc patitur ratio, ut quisquam sit orator imparatus ad casus 10, 7, 3. II) *Partic.:* patiens laboris Pr. 27. 2, 2, 5; patientior laboris 1, 12, 10. si est patientior (*judex*) *opp.* moribus incompositus 4, 5, 10; hoc injuriae genus (*i. e. stuprum*) verecundius inest (*Z. conj.* non est *S.*) passis quam ausis 11, 1, 84. affectus, quos non ut advocati sed ut passi subimus *ib.* 55 *N.* III) *Gerund.:* patiendi modo 1, 6, 26. 9, 3, 7 *v.* Facio. *paciscor*, cum haberet patiendi naturam 1, 6, 10.

Patria. *est unde argumentum sumi possit*, *opp.* natio 5, 10, 25 *N.* apud hunc (*oratorem*) p. ipsa exclamabit 12, 10, 61. propugnatoribus patriae 12, 7, 3. patria cedere 11, 1, 12. qui pro p. ceciderant 2, 15, 29.

Patrie. non inimice corripere, sed paene patrie monere 11, 1, 68 *N.*

Patrium. *i. q. patronymicum:* in quibus patrium pro possessivo dicitur (*soloec.*) 1, 5, 45 *N.*

Patrimonium. facultates patrimonii nostri aliis praeparabamus 6, Pr. 16. penes quem sit patr. 9, 3, 80 *v.* Matrimonium. cujus p. consumatur 8, 6, 25. quod p. comedisset 6, 3, 74. qui p. non pararunt, sub diem (*Sp.* subinde) quaerunt 8, Pr. 29 *Z. N.*; controversia, in qua de parte patrimonii quarta contendunt *etc.* 7, 4, 39.

Patro. patrare bella (*Sp.* — lum) *Sall.* 8, 3, 44. *v. Gesn.*

Patrocinium. *α*) *in causis*: quibus (*accusatoribus*) conviciari aliquando patrocinii fides cogit 5, 13, 40. interim fides patrocinii cogit quaed. de universo genere aliquorum hominum dicere 11, 1, 86. illae quoque ap. C. Caesarem et Triumviros actiones, etiamsi precibus utuntur, adhibent tamen patrocinia 5, 13, 5. patrocinium hoc voluit, qui controversiam finxit 9, 2, 84. aliquae (*controversiae*) in meum quoque inciderunt p. 7, 2, 5. qui tali p. utitur 3, 6, 79. *β*) *generaliter*: difficultatis patrocinia praeteximus segnitiae 1, 12, 16. genus ostentationi comparatum — patrocinio quoque aliquo juvari: quod alligata ad certam pedum necessitatem non semper uti propriis possit 10, 1, 28.

Patrocinor. ut non homini patrocinemur, sed crimini 2, 4, 23.

Patronus. I) *in judiciis.* *α*) consummati jam p. 10, 1, 122. p. ex diverso consistens 4, 1, 42. p. partis adversae *ib.* 11. adversarii p. *ib.* causarum p. 12, 3, 1. *β*) *Nominat.*: cum accusatori satis sit plerumque, verum esse id, quod objecerit: patr. neget, defendat, transferat, excuset, deprecetur, molliat, minuat, avertat, despiciat, derideat 5, 13, 2. optimus est in discendo (*causam*) p. incredulus 12, 8, 11. *cf.* 4. multa, quae litigator nihil ad causam pertinere crediderit, eruet patr. 12, 8, 13. multos pariter invadere patroni solent 5, 7, 5. in quibus p. argumentum ex se ipso petit 11, 1, 28. cum accusator a jure, quo videbatur potentior, coeperit, patr. omnia ante jus posuerit 7, 1, 2. *v.* Accusator. patronos non suffecisse 11, 1, 77 *v.* Testis. *γ*) *Genit.*: jurare non patronorum esse sed testium 9, 2, 98. patronorum in parte difficilior, in parte expeditior interrogatio est, (*quam accusatorum*) 5, 7, 22. postquam agere causas non ad utilitatem litigatorum, sed ad jactationem patronorum repertum est 4, 3, 2. *v.* Litigator. hac altercandi praestantia meruerunt nomen patronorum 6, 4, 5. si quid objiciendum erit (*patri*), officium est patroni, ut id filio invito, sed fide cogente, facere credatur 11, 1, 65. neque est dignus opera patroni, qui non utitur consilio 12, 7, 7. *δ*) *Dat.*: p. flectere judices convenit 6, 1, 9. si mediocribus etiam p. convenit haec, quae vulgo dicitur, bonitas 12, 1, 24. p. quoque per similes affectus eundum est 11. 1, 84. alia respondendi patronis ratio (*quam adversariis ipsis*) 5, 13, 39. *ε*) *Accus.*: judex religiosus libentissime patronum audit, quem justitiae suae minime timet 4, 1, 9. multa contra patronos venuste testis saepe respondet 5, 7, 31. cum jam clarum meruisset inter patronos nomen 12, 6, 7. vox illa praeconis praeter patronos ipsum, qui egerit, citat 6, 4, 7 *N.* causa potius laudetur quam patr. 12, 9, 6. *ζ*) *Ablat.*: non ut cum patrono sed ut cum judice loquuntur 12, 8, 9. II) *opp. libertis.* *v.* Libertus; *huc pertinere videntur*: jura per patroni tui cineres, *nisi vero Spald. conjecturam* patris *mavis.* 9, 2, 95.

Patulus. cavo aut patulo maxime ore 9, 4, 33.

Pauci. I) *Posit.* *α*) *simpliciter.* a) *Masc.*: paucos et vix ullum ex his posse reperiri 10, 1, 40. (*resp.*) quae paucorum potestate regerentur 5, 10, 63. paucos, qui sunt eminentissimi, excerpere 10, 1, 45. sed hi p. admodum 1, 1, 2. aliique non p. 9, 3, 89. *cf.* 3, 3, 11. 10, 1, 44; inter paucos disertus 10, 3, 13. b) *Neutr.*: plura paucis complectitur 8, 3, 82. bene dicere multa de paucis 10, 5, 11. perquam sunt pauca 8, Pr. 5. scripsit non pauca Cornificius, aliqua Stertinius, nonnihil pater Gallio 3, 1, 21; *i. q.* nonnulla: pauca exempli gratia ponam 6, 5, 6. arbitror p. dicenda 8, 5, 2. p. tamen

attingam 12, 9, 1. *cf.* 1, 4, 17. 4, 3, 1. β) *c. Subst.*: causas paucorum calculorum 8, 3, 14. cujus p. admodum dicta 6, 3, 2. nec hoc paucis; modo verbis 11, 1, 58. omnibus fere verbis praeter pauca in oratione locus est 10, 1, 9. II) *Compar.* α) occisos a pluribus pauciores 5, 10, 49. pauciora de se ipso dicit et parcius 4, 1, 7. neque pauciora, quam oportet, neque plura 8, 2, 23. β) quibus pauciores literae fuerunt 1, 7, 11. nec pauciores animorum quam corporum formae 2, 8, 1. quo pauciores rei fiunt 5, 5, 1; nec pauc. sunt genera minuendi 8, 6, 72. quod uno (*verbo*) aut paucioribus certe dici potest *ib.* 59. cur alia paucioribus verbis satis plena, alia pluribus brevia sunt 9, 4, 118. III) *Superl.* α) ejus rei paucissimis cura est 12, 8, 1. quaesitum a paucissimis etiam de instrumento est 2, 21, 24. eloquendi rationem novissime repertam paucissimisque tentatam 12, Pr. 3; paucissima hujus juris vel artis reperiuntur 5, 14, 32. facies, quanquam ex paucissimis constat, infinitam habet differentiam 11, 3, 18. β) paucissimos adhuc eloquentes literae Rom. tulerunt 10, 1, 23. pauc. hominibus vim percipiendi esse concessam 1, 1, 1; exemplorum infinitus est numerus, sed paucissimos attingam 5, 10, 92. paucissimos die composuisse versus 10, 3, 8. *cf.* 10, 1, 48.

Paucitas. si deficietur numero pars diversa, paucitatem oportebit incessere 5, 7, 23.

Paulatim. ita p. et superiorum spes erit 1, 2, 29. p. accrescere 1, 2, 1. p. aptabimus vela 10, 7, 23. assumendus usus p. 10, 6, 3. quo p. deducendus 7, 10, 12. *cf.* 10, 7, 18. p. incipiet 2, 4, 20. p. sermone Graeco influente 12, 10, 16. primum hoc constituendum *etc.* —. paulatim res facilius se ostendent 10, 3, 9. *v.* Pedetentim.

Paululus. *Neutr.*: α) paululum morae damus 9, 4, 108. p. impendamus peculiaris operae 6, 4, 3. p. admodum de celeritate deperdit 10, 7, 4. β) *adverb.*: p. declinata 1, 6, 32 *Z.* si p. intermissa fuerit *ib.* 8. p. prolata (*manus*) 11, 3, 96. *v.* paululum tempore nostro superiores 8, 3, 25.

Paulus. *Neutr.* α) *adverb.* a) me paulum in alia opinione esse 3, 6, 63. p. declinantur 9, 3, 88. p. (*a. l.* paululum) in hac parte descivit 9, 4, 146. diducti p. pedes 11, 3, 159. p. dissentiam 9, 4, 2. p. aetate praecedens 10, 1, 103. paulum (*Sp.* paululum) aliquid inclinare (*Sp.* inclamare) 2, 10, 10 *Z.* *v.* Aliquis II, β. b) *ap. Compar.*: paulum inferior 11, 3, 166. p. (*a. l.* paulum) lentior *ib.* 63. p. summissior *ib.* 139. p. superiores 1, 7, 21. c) *ap. Adv.*: Ciceronis temporibus paulumque infra 1, 7, 20; *et Praeposs.*: post paulum (*a. l.* paulo post) clarius ostendemus 2, 17, 25 *N.* quas componi post paulum vetuit 11, 3, 148. *cf.* 9, 4, 19. etiamsi ultra paulum coit 11, 3, 21; *sed videtur in his exemplis Adjectivi potius vim obtinere.* β) *Ablat.* a) *ap. Compar.*: paulo numerosius opus 5, 10, 10. ideoque p. pluribus verbis debet haberi venia 11, 1, 5. *cf.* 9, 2, 81. sed p. etiam vehementior 9, 3, 29. severiorem p. modum 11, 3, 59. p. summissior 11, 3, 139. uberiora p. 11, 1, 32. b) *ap. Adv.*: id paulo post tractabimus 11, 3, 45 *v.* Post.

Pauper. I) pauperes ambitiosi 2, 4, 29. ne pauper quidem tanquam mercedem accipiet 12, 7, 12. si abundans opibus pauperem se vocet 11, 1, 21. pauperum (*personas subire*) 10, 1, 71. *v.* Dives. II) *transl.*: miser et (ut sic dicam) pauper orator est, qui nullum verbum aequo animo perdere potest 8, Pr. 28. jejunam ac pauperem (*eloquentiam*) 10, 5, 5.

Pauperculus. 11, 3, 175 v. Misellus.

Paupertas. I) ut alicui sit furandi causa paupertas, non erit idem in Curio Fabricioque momentum 7, 2, 38. v. [Ops]. II) *transl.*: in iis, quae denominata sunt, summa p. in eadem nos frequentissime revolvit 12, 10, 34. grammatice tantum ab hac appellationis suae paupertate provecta 2, 1, 4. paupertate sermonis laboramus 8, 3, 33.

Pavesco. velut pavescentes et deprecantes 11, 3, 103.

Pavide. minus p. dicimus 11, 3, 49.

Pavor. temporarium animi motum, sicut pavorem 5, 10, 28.

Pax. — malorum emendatio 5, 10, 73. deformem Pyrrhi pacem diremisse 2, 16, 7. quod bellis magis quam paci assueverint 11, 1, 88. bello an pace 7, 4, 22. portum pro pace atque concordia 8, 6, 44.

Pecco. α) *simpliciter*: neminem non aliquando coepisse peccare 7, 2, 33 *N.* v. Committo. consuetudine peccandi allectus *ib.* 44. malo tamen ille peccet (*de ingrato*) 12, 7, 11. β) *c. Adv.*: quam ex duabus syllabis in unam cogentes, et deinde flectentes, dupliciter peccant 1, 5, 23. nihil peccare, qui utitur iis verbis 1, 6, 42. minus peccabit, qui longis breves subjiciet 9, 4, 34; quam minimum peccare 3, 8, 47. an omnino peccaverit (*a. l.* peccarit) 7, 3, 6. semel peccasse, et per errorem, et levius, quam objiciatur 7, 4, 31. utros peccare validius 10, 3, 12. γ) *c. Ablat.*: compositione peccatur 1, 5, 35. Albutius — exceptionibus peccat 2, 15, 36. quocunque alio cacozeliae genere peccantes 2, 3, 9. frons pluribus generibus peccat 1, 1, 10. quae vitiose dixeris (*Sp.* qui vitiose dixerit), non utique et scripto peccant (*Sp.* peccat) 11, 5, 6 *Z.*; in participio per genus et casum *etc.* peccatur *ib.* 47. κακόζηλον per omne dicendi genus peccat 8, 3, 56.

Pectus. I, α) dignitatem, quae est in latitudine pectoris 11, 3, 141. manum pectori admovere *ib.* 104. affixum pectori mentum *ib.* 82. summis digitis pectus appetere *ib.* 124. pect. caedere scenicum est *ib.* 123. *cf.* 2, 12, 10. p. ac venter ne projiciantur 11, 3, 122. demitti infra p. manum *ib.* 112; non procul ab ore aut pectore refertur ad nos manus *ib.* 96. laevam a summo p. abducere *ib.* 145. p. adverso 2, 15, 7. aequo p. (*i. e. non projecto*) 11, 3, 125. β) *indicium roboris*: nares ac pectus tument (*in adolescentia*) 11, 3, 29. lateris pectorisve firmitas 11, 3, 16. II) *transl.*: pectus est, quod disertos facit, et vis mentis 10, 7, 15. in eod. p. nullum est honestorum turpiumque consortium 12, 1, 4. ut in pectora irrumpat (*orator*) 2, 5, 8.

Peculatus. manifesti peculatus reum 12, 1, 43. *cf.* 5, 13, 35.

Peculiaris. paululum peculiaris operae 6, 4, 3.

Peculiariter. eum — in suam quoque gloriam p. fovebit 1, 2, 16. quasi singulis p. inculcare 11, 3, 130. quod commune est et aliis nomen, alicui rei pec. tribuitur 8, 2, 8.

Peculiolum. magnum peculiolum erunt, qui soloecismum putent 1, 5, 46.

Pecunia. creditae p. 7, 2, 50. p. privata 4, 2, 8. signatam p. 5, 11, 33. v. Argentum; non est bonum pec. 5, 14, 25. pec., quae nimium quantum in animis hominum potest 4, 2, 70 *Z.*; pec., cujus auctor non extat 7, 2, 52. Sphingem aeneam magnae pecuniae 6, 3, 98. neque videtur in eundem et contemtus pecuniae et cupiditas cadere 7, 2, 30. pecuniarum repetundarum judicia *Calv.* 9, 3, 56; ob rem judi-

candam pecuniam accepit 5, 10, 87. pro abortu pecuniam accepisse 8, 4, 11. ab accepta p. remp. proditurus esset 5, 12, 10. pec. dedisti: quis numeravit? 5, 7, 37. *cf.* 5. certam creditam p. peto ex stipulatione 4, 2, 6. cum pec. privatam ex aede sacra surripuerit *ib.* 8. pec. de templo esse sublatam *ib.* praestet alicui vel gratia, vel amicitia, vel pecunia, ut incomparabilem magistrum domi habeat 1, 2, 10; judicium pecunia tentatum 4, 5, 11. pecunia potest quis male uti 5, 14, 25.

Pecuniarius. p. lite 6, 1, 50. in p. quaestionibus 12, 1, 26.

Pecuniosus. pecuniosum a pecorum copia 5, 10, 55.

Pecus. *v.* Pecuniosus.

Pedester. prosam orationem et quam pedestrem vocant 10, 1, 81.

Pedetentim. paulatim et (ut dicitur) pedetentim interrogando 5, 7, 20.

Pedisequus. ex duobus corruptis (*verbis*), ut pedisequus 1, 5, 68.

Pejero. qui facile ac palam mentitur, pejerabit 5, 10, 87. pejerasse conceptis verbis 5, 11, 13. eum non pejeraturum 5, 6, 2. se probare malle, quae affirmet, quam cuiquam dubium relinquere, an pejerarit *ib.* 5.

Pellex. captivam pellicem 3, 11, 6.

Pellicio. vitatur duriorum inter se congressus, unde pellexit 11, 3, 35.

Pellis. vestibus pellium tegmina mutari 9, 4, 4.

Pello. nares — pulso subito spiritu (*a. l.* impulsu sub. spiritus) diducere 11, 3, 80.

Pelluceo. *transl.:* sensus ita cohaerentes, ne commissura pelluceat 7, 10, 16. qui (*mores*) nescio quomodo ex voce etiam atque oratione pellucent (*a. l.* perl.) 11, 3, 154 *v.* Agnosco. Olli et quianam *etc.* pellucent et aspergunt illam vetustatis arti inimitabilem gratiam 8, 3, 25.

Pendeo. 1, 6, 7. I) quem nec terra recipit, nec mare, pendeat 8, 5, 22. e manibus utrinque sustinentium pendent 1, 2, 7. II) *transl.* α) quaed. clausulae claudae sunt atque pendentes 9, 4, 70. criminis pendentis et adhuc in condicione positi *opp.* perfecti 7, 4, 27. β) pendemus ex laude 4, 2, 127. ut ex judicio praeceptoris discipulus pendeat 2, 2, 9; hoc ipsum ex superiore pendet quaestione 2, 1, 8. (*quantitatis controversia*) ex jure pendet 7, 4, 43. judicium pend. ex lege 7, 1, 15. jus pend. ex qualitae 7, 4, 44. laudationes pend. ex publico aliquo officio 3, 7, 2. lis omnis ex eo pend., quod *etc.* 5, 10, 112. *cf.* 7, 2, 5. 7, 5, 3. cum controversia consistit in nomine, quod pend. ex scripto 7, 3, 7. quaestiones ex causis pend. 5, 3, 36. *cf.* 3, 11, 3. hanc (*partem*), quae tota ex prima pend. 6, 4, 1. totum pend. ex finitione 9, 3, 65; hoc (*vultu*) supplices *etc.* sumus: hoc pendent homines, hunc intuentur *etc.* 11, 3, 72 *N. cr.* pars magna controversi juris hinc pend. 7, 6, 1.

Penes. p. quem sit patrimonium 9, 3, 80.

Penetrale. *transl.:* ipsa hujus loci aperire penetralia 6, 2, 25. ex ipsis sapientiae penetralibus 12, Pr. 3.

Penetro. I) an penetrandum fuerit in Germaniam 3, 8, 21. II) *transl.:* in affectus minus penetrat brevis hic velut nuntius 8, 3, 67. cum pictura sic in intimos penetret affectus 11, 3, 67. per quos duos sensus omnis ad animum penetrat affectus *ib.* 14.

Penicillum. pictor penicilla (*desideret*) 2, 21, 24.

Penitus. *in transl.* *α*) evolvendis p. auctoribus 12, 2, 8. quae latent p. 6, 2, 25. p. immissis radicibus 1, 3, 5. *β*) *de cognitione:* per omnes numeros p. cognoscere 8, Pr. 1. p. mente complexum 12, 1, 25. non p. rei concepit imaginem 6, 2, 33. non introspectis p. virtutibus 10, 2, 16. qui non et naturae vim omnem p. perspexerit 12, 2, 4.

Penna. ne illorum sequatur errorem, qui, quia a p e n n i s duabus hoc esse nomen existimant, p i n n a s avium dici volunt 1, 4, 12. at ego in agendo — nec *v o l u c r e s p e n n i s r e m i g a r e* (*dixerim*): licet Virgilius in apibus ac Daedalo speciosissime sit usus 8, 6, 18 *N.*

Pensi. tam in suscipiendis quam in agendis causis nihil p. habere 11, 1, 29.

Penso. certa vitia non pensat 2, 12, 5. quantum eminentibus, v i n c i m u r, fortasse aequalitate p e n s a m u s 10, 1, 86.

Pensum. p. imperata 3, 7, 6.

Pentameter. in pentametri medio spondeo 9, 4, 98. pent. finis *ib.* 109.

Penula. Galba penulam roganti (*respondit*), Non possum commodare, domi maneo. 6, 3, 64. *cf.* 66. qui (*Hirtius*) cum in Pansam declamans, filium a matre decem menses in utero latum dixisset, Quid? aliae, inquit (*C i c.*), in penula solent ferre 8, 3, 54 *N.*

Penus. opus est aliquando finitione, — ut, quid sit p e n u s 7, 3, 13 *N.*

Per. I) *de s p a t i o.* *α*) *loci:* illi per fora atque aggerem circuli 12, 10, 74. p. singulos a minimo digitos 11, 3, 10. fusae p. domus ac templa flammae 8, 3, 68. bene comitati p. forum reducuntur 12, 8, 3. p. plures gradus ascenderat 8, 4, 5. *cf.* 26. quadraginta (*pedes*) p. oram — quinideni p. latera 1. 10, 43. p. nares effundere 11, 3, 56. oculi, p. quos eminet animus *ib.* 75. p. quos duos sensus omnis ad animum penetrat affectus *ib.* 14. facilis p. quaelibet vada accessus 12, 10, 37. si p. aliquam rectam viam mittamus oculos 10, 7, 16; exercitus p. plana et amoena ducendus 12, 9, 2. ut p. obstantia erumperet (*lumen*) 12, 9, 5. illo p. praecipitia delato 1, 10, 33; p. omnes gentes 2, 17, 10. idem p. Rom. quoque auctores ordo ducendus est 10, 1, 85. p. plures ire possunt etiam, quae singulis tradenda sunt Pr. 7. illa, p. quae ad eloquentiam pervenitur 2, 3, 5. *β*) *temporis:* sermone p. biduum habito Pr. 7. p. plures dies 11, 2, 10. p. noctem 2, 17, 19. *γ*) *transl.:* p. totam actionem custodienda 4, 1, 5. p. totam actionem diffundendi affectus 7, 10, 12. cum p. omnes et personas et affectus eat 1, 8, 7. hoc vel illud p. omnes affectus verset 11, 3, 176 *v.* **A f f e c t u s.** p. totam causam 4, 3, 12. 6, 2, 2. p. omnes figuras tractari potest (*sententia*) 8, 5, 5. p. omne dic. genus peccat 8, 3, 56. p. omnia genera, p. quae fit soloecismus 9, 3, 10. barbarismum fieri p. numeros aut genera 1, 5, 16. in participio p. genus et casum, ut in vocabulo; p. tempora, ut in verbo; p. numerum, ut in utroque, peccatur *ib.* 47. *cf.* 35. fiunt soloecismi p. partes orationis *ib.* 48 *N.* vitium, quod fit p. quantitatem *ib.* 46. p. quot et quas accidat species (*soloecismus*) *ib.* 38. illa p. sonos accidunt vitia linguae *ib.* 32. *cf.* 19. in vocabulis fit soloecismus g e n e r e, n u m e r o *etc.* Huic parti subjungatur licet, p e r comparationes et superlationes *ib.* 45. adhuc difficilior observatio est p. tenores *ib.* 22. (*ambiguitas*) fit p. casus — p. collocationem 7, 9, 6. p. omnes numeros penitus cognoscere 8, Pr. 1. singuli p. ordinem 4, 2, 72. *cf.* 11, 2, 23. p. partes ediscere 11, 2, 27 *v.* **P a r s.** p. tam minutas rerum particulas rationem docendi concidere 3, 11, 21. p. totas quaestiones decurrimus 9, 2, 48. p. singulas species exequi 5, 10, 100. item cetera p. omnes et rationales et legales status

3, 6, 77; (*exempla*) sermonibus velut per manus tradita 12, 4, 1. illa, p. quae ad eloquentiam pervenitur 2, 3, 5. non per omnia duci analogiae posse rationem 1, 6, 12. non per omnia poëtas esse sequendos, nec libertate verborum, nec licentia figurarum. 10, 1, 28. *cf.* 10, 2, 24. etiamsi p. singula minus moverat, turba valet 6, 1, 1; dummodo p. eandem literam in infinito exeant 1, 6, 8. p. varios exeant genitivos *ib.* 14. in longe diversas figuras p. obliquos casus exeunt *ib.* 25.

II) *de causa efficiente.* α) *de personis:* inventa per me 3, 1. 5. patefacta p. me 9, 3, 49. non per me stetit, sed per illa 3, 6, 78. p. nos adjuvari 12, 11, 31. p. quem factum est, ut quis perierit 7, 3, 32. cum in gratiam redierim cum Appio Claudio, et redierim per Cn. Pompejum *Cic.* 9, 3, 41. ne quid per eos judici sit ignotum 6, 2, 3. per quos labor nobis est detractus 5, 10, 121. p. nomenclatorem — inquit 6, 3, 93. p. praeconem prohibebatur orator 6, 1, 7. p. propinquos rogata 7, 8, 2. β) *de rebus:* per quae in animum judicis admittimur 4, 1, 5. p. ea, quae certa sunt, incertis fidem afferens 5, 10, 8. p. quae nomen est assecutus 10, 1, 87. quid consecuturi simus, et p. (*a. l.* propter) quid? 3, 8, 34 *N. cr.* eorum, p. quae res colligenda est 4, 2, 81. *cf.* 5, 10, 11. quod est dubium, p. id, quod dubium non est, confirmat 5, 10, 11. p. quae detrahat fidem 5, 7, 32. *cf.* 5, 11, 13. *ai* per A et I efferebant 1, 7, 18. p. quas (*partes*) efficitur 4, 2, 33. *v.* Efficio. p. alia exercitati 2, 10, 9. loca infinita, p. quae verba explicentur 11, 2, 25. omnia, p. quae fieri solent falsa testimonia 5, 7, 4. aut Quomodo? aut Per quae facta sunt? 5, 10, 32. p. quae Miloni Clodius insidiatus esse videatur 4, 2, 57. id quidam indicium, quidam vestigium nominaverunt, p. quod alia res intelligitur, ut per sanguinem caedes 5, 9, 9. *cf.* 3, 6, 21. omnia, p. quae sermo nectitur 1, 5, 2. p. quod perire homini necesse esset 7, 3, 32. ut ad eam bona p. hoc tacitum fidei commissum pervenirent 9, 2, 74. p. quod petimus 3, 8, 34. praeparato p. haec, quae supra dicta sunt, judice 4, 2, 1. p. quod probemus 7, 6, 8. p. hoc ipsum reconciliari 5, 7, 13. p. quas imagines rerum absentium ita repraesentantur animo 6, 2, 29. ut cum, si tempus significaret, per Q, si comitem, per C ac duas insequentes scriberetur (*haec est vera lectio*) 1, 7, 5. p. hoc ipsum — significet 5, 10, 79. *cf.* 9, 2, 92. qui p. haec vicit 6, 2, 4; p. hoc similes 5, 14, 32. [p. argumenta verborum cavillatrix 7, 3, 14 *v.* Argutus.] p. manus et genua reptatio 1, 12, 10. vel per hoc non esse artem, quod non dicenda praecipiat; vel per hoc, quod *etc.* 2, 17, 30. γ) *per se:* per se fortia 5, 12, 4. p. se frigida et inanis affectatio 5, 12, 4. quaed. videntur gravia p. se 6, 2, 21. una controversia est per se furti, per se adulterii 3, 10, 1. habet interim vim propositionis, etiamsi p. se non est propositio 4, 4, 9. Novum crimen, Caesar, habet p. se finem quend. 11, 3, 110. ex mediis artibus, quae neque laudari p. se, neque vituperari possunt 2, 20, 1. quod p. se interim recipiendum est 11, 3, 120 *N.* nisi ex verbis atque sententiis p. sese id quaeritur 9, 4, 137. *cf.* 2, 6, 6. quae mihi, etiamsi personis accidunt, p. se referenda tamen ad illam partem argumentorum videntur, quam ex causis ducimus 5, 10, 29 *N.* et haec ipsa sine doctore per se nihil prosunt. Pr. 27. *cf.* 12, 1, 33. altiorem intellectum, quam quem verba ipsa per se declarant 8, 3, 83. *v.* Ipse. acrius enim hoc, quam p. se: *Mors misera non est.* 8, 5, 6; quae per se nihil reum aggravare videantur, congregatione deinde eorum factum convincimus 5, 7, 18. factum per se improbabile assumtis extrinsecus auxiliis tuemur 7, 4, 7. ut id, quod est appositum, si

a proprio diviseris, per se significet et faciat antonomasiam 8, 6, 43. haec cum per se figura est, tum duplicatur 9, 2, 34. cum valeant multum verba per se, — profecto perfectum quiddam fieri, cum omnia coierunt 11, 3, 9. *cf.* 8, 3, 38.

III) *de modo et ratione:* per abusionem 10, 1, 12. qualitatem, quam p. accidentia, id est, κατὰ συμβεβηκότα vocat 3, 6, 56. schemata, quae erunt p. mutationem, adjectionem, detractionem, ordinem 9, 3, 27. *cf.* 58. per interrogationem, per comparationem, infitiationem, similitudinem, admirationem 8, 5, 5. p. allegoriam 6, 3, 69. p. ambages 3, 11, 23. p. ambiguitatem 6, 3, 51. p. ἀποσιώπησιν 8, 3, 85. p. communicationem 9, 2, 23. res p. similitudinem attollimus aut p. comparationem, aut signis quasi quibusd. vel translatione 8, 6, 68. p. enumerationem, p. brevem conclusionem testantur 5, 14, 11. quaeritur p. conjecturam et qualitatem 7, 2, 6. p. contumeliam 4, 1, 11. 5, 2, 2. p. digressionem 4, 2, 19. p. errorem 7, 4, 31. p. ἐτυμολογίαν 5, 10, 59. p. hanc figuram 4, 1, 64. p. flexum 7, 9, 8. p. imprudentiam 1, 5, 53. p. incrementa tam modica 10, 6, 3. p. invocationem deorum spoliata a praetore templa 6, 1, 3. p. ironiam 9, 3, 29. p. jocum 6, 3, 79. p. leges id fieri non potuisse 7, 4, 14. scientia videndi *etc.* p. orationem popularis persuasionis 2, 15, 19. spiritum cum stridore p. raritatem dentium non recipiunt 11, 3, 55. quas dixi p. ratiocinationem fieri amplificationes 8, 4, 15. nostrorum dictorum factorumque imitatio p. relationem 9, 2, 59. quod schema quidam p. suggestionem vocant *ib.* 15. quod dicitur p. suspicionem 6, 3, 88 *v.* Suspicio. (*testimonia*) dicuntur aut p. tabulas aut a praesentibus 5, 7, 1. quanquam hic ludus p. translationem dictus est 6, 3, 51. p. vices 2, 5, 6. p. vinum, somnum, dementiam 5, 7, 36. p. vim 4, 3, 4.

IV) *in jurando:* jura per patroni tui cineres 9, 2, 95. jurando p. interfectos in Marathone et Salamine *ib.* 62. *v.* Juro.

Perago. peregisse mihi videor sacra tradentium artes 5, 14, 27. sic erit in prooemio peracta narratio 4, 1, 24. altercationis praecepta poterant videri tunc inchoanda, cum peregissem omnia 6, 4, 1.

Perbibo. *transl.:* Latinum (*sermonem*), quia pluribus in usu est, vel nobis nolentibus (*puer*) perbibet (*a. l.* Latinus — se perhibet) 1, 1, 12. *N. cr. et S.*

Percenſeo. si percenseas omnia, nulla sit ars 10, 2, 8.

Perceptio. nullam artem falsis assentiri opinionibus, quia constitui sine perceptione (*a. l* praec.) non possit, quae semper vera sit 2, 17, 18 *N. et S.* artem constare ex perceptionibus (*a. l.* praec.) consentientibus et coëxercitatis ad finem vitae utilem *ib.* 41. *N. cr. et S.*

Percipio. *α*) cito percipere 11, 2, 2. qui hanc partem disciplinae diligenter perceperint 1, 10, 3. illa quoque, per quae ad eloquentiam pervenitur, diligentissime percepisse 2, 3, 5. facile percipere 1, 3, 1 *v.* Contineo. quae non satis percepisse eos putamus 8, 2, 24; tenacissimi sumus eorum, quae rudibus annis percepimus 1, 1, 5. minora etiam facilius minores percipiunt 1, 1, 22. ea quoque percipi posse, quae senes concupissent 12, 11, 33. an, etiamsi discenda sint haec, eodem tempore tamen tradi omnia et percipi possint 1, 12, 1. prodesse eam, non ut ceteras artes, cum perceptae sint, sed cum discatur 1, 10, 34. eligendi et collocandi rationem perceperit 10, 1, 4; quae sensibus percipiuntur 5, 10, 12. Ars erit, quae disciplina percipi debet 2, 4, 5. *β*) *Gerund.:* celeritatem percipiendi 1, 10, 34. vis percipiendi 1, 1, 1. velut parum apertos ad percipiendum animos 1, 2, 28. neque

obscura neque ad percipiendum difficilia 8, Pr. 4 *N. et S.* tot annos in utendo non in percipiendo exhauserunt 12, 11, 20. γ) *Partic.:* ars semel percepta (*a. l.* praec.) non capitur (*vulg.* labitur) 10, 7, 24 *N. cr.* hostium adventu percepto *Coel.* 4, 2, 124. vel ab aliis tradita vel usu percepta 5, 12, 1. percipiendis iis, quae rhetorice praecipit, maturus 2, 1, 7.

Percitus. plerosque ira percitos 6, 4, 9.

Percontatio. altius repetita percontatione 5, 7, 27. variis percontationibus, quales haberi ab adversario possint, explorandi sunt (*testes*) *ib.* 11.

Percontor. percontanti Theodoreus an Apollodoreus esset? — inquit 2, 11, 2. non interrogantes percontetur ultro 2, 2, 6. *v.* Interrogo.

[**Percresco.** vis quaestionum percrescere debet (*sic opt. Codd.; nec respuendum videtur Edd.* v. q: semper crescere d.) 7, 1, 17 *N. cr. et S.*]

Percurro. ut partes ejus omnes cogitatio possit percurrere 11, 2, 18. singulos percurramus 7, 5, 6 *Z.* alios nervos dextra percurrunt (*Sp.* percutiunt) 1, 12, 3 *Z.*

Percursio. (*a. l.* praecursio *al.* percussio *al.* praecisio) *fig. ap. Cic.* 9, 1, 27 *N.*

Percussio. inde τετράσημοι, πεντάσημοι, deinceps longiores fiunt perc. 9, 4, 51. sex pedes tres perc. habent *ib.* 75. sunt quaed. latentes sermonis perc. 11, 3, 108.

Percussor. non percussor ille subitus erumpet? 6, 2, 31.

Percutio. α) percussi, sed non injuriam feci 3, 6, 49. Crates — paedagogum percussit 1, 9, 5. ut illud, Lachetem audivi percussisse Demean, fiat, a Lachete percussum Demean 7, 9, 10. pulsatum querimur — si percussus sit a vili contemtoque *etc.* 6, 1, 16. plurimum affert atrocitatis modus, si graviter, si contumeliose (*percussus sit*): ut Demosthenes ex parte percussi corporis, ex vultu ferientis, *etc.* invidiam Midiae quaerit *ib.* 17. β) *de cithara:* formatis ad modum percutiendi nervos manibus 11, 3, 88. *v.* Percurro.

Perdisco. Plato Aegypti quoque sacerdotes adiit, atque eorum arcana perdidicit 1, 12, 15. athleta, qui omnes jam perdidicerit a praeceptore numeros 10, 1, 4. praecepta vivendi perdiscere 12, 11, 16. syllabis nullum compendium est, perdiscendae omnes 1, 1, 30.

Perdite. illud alterum, quod est in elocutione ipsa, periculum minus vitat, conaturque perdite 2, 12, 5.

Perdo. I) *aliena:* ap. Ovidium Medea dicit, servare potui, perdere an possim, rogas 8, 5, 6. utra (*lex*) minus perdat? 7, 7, 8. haec omnia corrumpit, ac propemodum perdit indecora pronuntiatio 3, 3, 3. dignitatem, quae est in latitudine pectoris, perdet (*amictus*) 11, 3, 141. prolata (*imago*) praeteritam quoque orationis gratiam perdidit, 6, 1, 40. *cf.* 11, 2, 46. utinam liberorum nostrorum mores non ipsi perderemus 1, 2, 6. quae magnos quoque profectus frequenter perdidit, arrogans de se persuasio 2, 4, 16. quatenus verba honesta moribus perdidimus 8, 3, 45. dicenti, Navem dividere volo; Perdes, inquit 6, 3, 87. II) *propria.* α) *agendo:* ut timentes, ne sequentia perdant, priora confundant 10, 5, 23. temporibus praefinitis aquam perdit 11, 3, 52. ne viri boni perdamus auctoritatem *ib.* 184. omnem, quem ex ingenio suo poterant habere, conatum perdiderunt 5, 10, 101. nec admirationem consequuntur, et planorum gratiam perdunt 8, 5, 29. ne hanc operam in vocabulis vulgaribus perdat 1, 1, 34. eum

nimia contra se calumnia verum sanguinem perdidisse (*a. l.* perfudisse) 10, 1, 115. non perdamus primum statim tempus 1, 1, 19. ne amore subtilitatis vim suam perdat 10, 2, 19. ne perderem, quae jam erant effecta 12, Pr. 1. *β*) *patiendo:* aperta figura perdit hoc ipsum, quod figura est 9, 2, 69. non perdant haec omnia necessarium periclitanti solicitudinis colorem? 11, 1, 49. si erit rei ordo ipsa expositione fidem perditurus 5, 13, 28. potius amicum quam dictum perdidi (*Sp.* perdendi) 6, 3, 28. *cf.* 30. gratiam perdet (*clausula*), si ad eam rupta via venerimus 9, 4, 63. *cf.* 17. 11, 1, 91. ne cetera membra officium suum perdant 8, 5, 34. ne locum perdas 6, 3, 63. sic anceps inter utrumque animus aestuat, cum et scripta perdidit (*a. l.* perdit), et non quaerit nova 10, 7, 33. artus perdunt, quo viguerunt, usum 7, Pr. 2. qui nullum verbum aequo animo perdere potest 8, Pr. 28. *cf.* 11, 2, 49. neque probatio ulla tam firma est, ut non perdat vires suas, nisi adjuvatur asseveratione dicentis 11, 3, 2; quae (*corpora*) nihil ex communis habitus bonis perdiderunt 2, 5, 11. cotidie aliquid ex ea, quam meruerat, auctoritate perdentem 12, 11, 3.

Perdoceo. imperiosi atq. interim saevientes (*paedagogi*) stultitiam suam perdocent 1, 1, 8.

Perduco. I) eorum, a quibus ad se (*Ciceronem*) perductus (*a. l.* prod.) esset (*reus*) 11, 1, 74. II) *transl.* *α*) qui ad hanc perducitur clausulam 2, 15, 28. si aliter ad aequitatem judex perduci non potuerit 2, 17, 27. perducendus omni modo judex ad irae pudorem 11, 1, 76. res ipsae perducant judicem ad suspicionem 9, 2, 71; ad liquidum confessumque omnia perducunt 5, 14, 28. generare atque ad fructum aliquem perducere 6, 2, 3. affectum cum ad summum perduxerimus 6, 1, 29. facilitatem extemporalem a parvis initiis paulatim perducemus ad summam 10, 7, 18. *cf.* Pr. 6. *β*) in adolescentiam perduxi filium 4, 2, 42. velut in rem praesentem perducere audientes *ib.* 123. in quem vellet habitum animi perducere judicem 6, 2, 3. perductae in summum artes 12, 11, 28. *γ*) perduci expositionem eo, unde quaestio oritur 4, 2, 132. ex pluribus, quae confessus erit, eo perducetur, ut, quod dicere non vult, negare non possit 5, 7, 17. *cf.* 27. eo, qui discit, perductus est, ut intelligere ea sine demonstrante possit 10, 1, 15. (*audientes*) ad id perducentur, ut inveniant ipsi 2, 5, 13.

Perduellio. lege perduellionis 5, 13, 20 *N.*

Perduro. multa ex Graeco formata nova, quorum dura quaed. admodum videntur, ut *ens* et *essentia* —. Quaedam tamen perdurant. 8, 3, 34.

Peregrinatio. trahat inde (*a tempore*) peregrinatio, rura *etc.* 12, 11, 18. a transmarina peregrinatione 7, 3, 31.

Peregrinitas. peregrinitatis reum (*a. l.* peregrinationis) 7, 1, 55. *N. et N. cr.*; in quo (*ore*) nulla neque rusticitas, neque peregrinitas (*a. l.* peregrinum et Graecum) resonet *v.* Os. 11, 3, 30.

Peregrinor. ut peregrinari *etc.* videamur (*in somniis*) 6, 2, 30.

Peregrinus. *α*) civis an peregr. 5, 10, 26. per., qui murum ascenderit, morte multetur 4, 4, 4. *N. cf.* 7, 6, 6. *β*) *in dicendo:* illa est urbanitas, in qua nihil peregrinum *etc.* possit deprehendi 6, 3, 107. Latinum nomen non habemus, ideoque utimur peregrino 3, 6, 97. saporem illum Atticum peregrino miscuerunt 12, 10, 19. a per. scholis 11, 3, 103. in per. sonum 1, 1, 13. singula sunt aut nostra aut per. (*verba*) 1, 5, 3. verba aut Latina aut per. sunt *ib.* 55. ut sint quam minime per. et externa (*verba*) 8, 1, 2.

Pereo. *α*) *de rebus:* qua et distinctio perit et affectus 11, 3, 52. perire

artem 4, 2, 127. non enim, quia venire hoc beneficium non oportet, perire oportet 12, 7, 12. nihil recte dictum perit 4, 2, 119. *cf.* 12, 6, 5. quoque est dulcius (*versificandi genus*), magis perit 9, 4, 143. peribat hereditas 9, 2, 74. impetus pereat 9, 4, 113. periret imitatio 2, 10, 13. [neque ambitus magis, quam omnium legum judicia perierunt (*optt. Codd.* o. l. est) 9, 3, 56 *N. cr.*] periisse praeteritum laborem 10, 7, 4. perit illa modestia 12, 9, 12. peribit prima pars expositionis 4, 1, 78. tanquam perierit haec ratio media 5, 13, 59. nihil supervacui temporis perit 11, 2, 35. nec virtus utraque pereat ipsa confusione 12, 10, 35. ipsam rerum naturam stare ordine, quo confuso peritura sint omnia 7, Pr. 3. artes et consilia lateant, et quidquid, si deprehenditur, perit 12, 9, 5; *c. Dat.:* quod superesset ex vita, sibi perire 11, 1, 10. huic rei perit tempus 12, 1, 6. quidquid formae quadrati detraxeris, amplitudini quoque peribit 1, 10, 44. *β) de hominibus:* neque utique cor ejus vulneratum esse, qui perit 5, 9, 7. aetas ejus, qui periit 7, 2, 14. nisi exoraverit — pereat 9, 2, 90. Hic finitio est accusatoris, Per quem factum est, ut quis perierit, causa mortis est. Rei est, Qui fecit quid sciens, per quod perire homini necesse esset 7, 3, 32. periisse in eo convivio 11, 2, 15; sua manu et aliena perisse 5, 9, 11. *cf.* 7, 2, 23. veneno an cruditate perierit *ib.* 8. naufragio perierit 7, 3, 33; quanquam perituri sint, nisi fecerint 3, 8, 30. quod periturus fuerit exercitus Rom. 7, 4, 12. statim, si non succurratur, perituris 10, 7, 2. crudelius perituros 3, 8, 31. alioqui pereundum est 3, 8, 23.

Perexiguus. partes perexiguas 11, 2, 27.

Perfecte. p. sapienti 12, 2, 19. ut possemus orare pro nobis, etiamsi non p. 2, 20, 6.

Perfero. I) mandata perferret 12, 3, 2. post perlatam legationem 7, 4, 36; eloqui hoc est, omnia, quae mente conceperis, promere atque ad audientem perferre 8, Pr. 15. plerisque extremas syllabas non perferentibus (*a. l.* prof.) *opp.* si verba tota exierint 11, 3, 33 *N.* pleraque hanc condicionem habent, ut ead. voce ad omnes simul perferantur 1, 2, 13. cum domi praecepta et composita perferet ad judicem 12, 3, 2 *N. cr. cf.* 4, 2, 81. nec ead. vi perfertur alieni animi, qua sui, motus 4, 1, 47. C litera, quae ad omnes vocales vim suam perferat 1, 7, 10. divisionem ad cogitationem etiam et stilum perferunt 2, 6, 3. II) *i. q. tolero:* aut omnia, quaecunque inimicus fecerit, perferenda 6, 1, 19 *Z.* illam (*fortunam*) ut perferre nobis difficile est, ita facile contemnere 6, Pr. 15. si qui sunt, qui invicem accusant, alterum judicium perferre (*Sp.* praef.) necesse est 7, 2, 19 *Z.* ad perferendos studiorum labores 12, 1, 8. dicendi onera perferre 11, 3, 136. qui vetustatem pertulerunt (*scriptores*) 10, 1, 40 *N.*

Perficio. I) rhetoricen in actu consistere; hoc enim, quodest officii sui, perficit 2, 18, 12. nec operum recte nomen accipient, quae non ab aliis perficiuntur, sed aliud ipsa perficiunt 3, 3, 13. muta animalia mellis saporem vario florum ac succorum genere perficiunt 1, 10, 7. quarum (*artium*) finis ipso actu perficitur 2, 18, 1. perficere tantum opus, arduum, et nemo perfecit 12, 11, 24. quae (*summa*) neque perfici neque contineri potest, nisi usu 10, 7, 18. virtus perficienda doctrina est 12, 2, 1. quae sint in ratione prooemii — quomodo perfici facillime possint 4, 1, 52. II) *Partic. α) de actione:* fero, cujus praeteritum perfectum et ulterius non invenitur 1, 6, 26. criminis perfecti 7, 4, 27 *v.* Pendeo. *β) de qualitate.* a) *Posit.:* non enim perfectum est quidquam, quo melius est

aliud 12, 1, 9. nihil credimus esse perf., nisi ubi natura cura juvetur 11, 3, 11. profecto perf. quiddam fieri, cum omnia coierunt, necesse est *ib.* 9. quidquid loquemur ubicunque, sit pro sua scilicet portione perfectum (*a. l.* perfecte) 10, 7, 28. omnia, quae magni auctores dixerint, utique esse perf. 10, 1, 24; artem compositionis, quae perf. sit 9, 4, 16. p. eloquentiae 6, 3, 104. 12, 11, 29. p. forma 1, 10, 40. p. membrum 9, 4, 123. p. oratio 2, 4, 4. non destinatam vel inchoatam sed perf. probationem 5, 10, 5. jam perf. constitutisque viribus 10, 1, 57. p. orator Pr. 9, 17. is erit, quem quaerimus, p. orator 10, 2, 28. p. aliquis, qualem optamus, orator 12, 2, 9. *v.* Orator. Consummatus. virum singularem perfectumque undique 12, 1, 25; quasi perfectis omni alio genere doctrinae summam inde eloquentiae manum imponerent Pr. 4. cum vitae tum etiam eloquentiae laude perfectus 12, 2, 27. nec moribus modo perfectus sed etiam scientia et omni facultate dicendi Pr. 18. *cf.* 12, 1, 24. b) *Compar.:* qua nihil apud vacuas aures potest esse perfectius 10, 1, 32. *cf.* 78. c) *Superl.:* omnium perfectissimus Graecorum (*Demosth.*) 10, 2, 24. a perfectissimo quoque optime tractari 1, 1, 23.

Perfidia. si malum perfidia, non est fallendum 5, 10, 74.

Perfidus. perfidi ac proditoris est, pejus agere, quam possit 12, 9, 15.

Perforo. navem perforet 8, 6, 47.

Perfrico. perfricare faciem et quasi improbam facere 11, 3, 160. perfrica frontem *Calv.* 9, 2, 25.

Perfundo. vestes sanguine perfusas 6, 1, 30.

Pergo. Pergamus: sic perveniamus eousque, ut *stella, luminis stilla* credatur 1, 6, 35.

Pergula. duos in uno nomine faciebat barbarismos Tinca Placentinus preculam pro pergula dicens 1, 5, 12.

Perhibeo. Jove propagatus est (ut perhibent) Tantalus. *Tragic.* 9, 3, 57; *v.* Perbibo.

Pubertas. p. annis an habitu corporis aestimetur 4, 2, 5.

Publicanus. de universo genere aliquorum hominum dicere, vel publicanorum *etc.* 11, 1, 86.

Publice. p. statuae constitutae 3, 7, 17. p. recepta persuasio *ib.* 23. p. revocati sunt 5, 11, 9.

Publico. utrum aula, quae ter ceciderit, an tibicina, si ceciderit, debeat publicari 7, 9, 4.

Publicus. α) *simpliciter:* si quis ea, quae domi suae recte faceret, in publicum promeret 1, 1, 22. auxilium in publicum polliceri, quod in praesentissimis quibusque periculis desit 10, 7, 1. in publico tristes, domi dissoluti 12, 3, 12. β) *c. Nominib.:* publicae capitalesque causae 8, 3, 14. *cf.* 11, 3, 130. 156. consiliis p. 12, 3, 1. desiderio jam paene p. 8, 4, 9. jus publici crediti 5, 10, 117. nummo, cui p. forma est 1, 6, 3. privato, publico judicio 11, 3, 150 *s.* Judicium. p. jus 2, 4, 33. loco p. 11, 1, 47. prope p. more 1, 2, 2. *cf.* 3, 6, 84. p. officium 3, 7, 2. 12, 7, 1. opera p. 3, 11, 13. p. rebus 12, 1, 1; frequentiae scholarum et velut p. praeceptoribus 1, 2, 1. *v.* Privatus.

Pudet. α) Hecuba hoc dolet, piget, pudet *Tragic.* 9, 3, 77; p. supra modum sermonis attolli 1, 2, 31. p. dicere, in quae probra nefandi ho-

mines isto caedendi jure abutantur 1, 3, 17. pudet dissentire 10, 1, 17. 111. interim p. dubitare 10, 3, 19. propter quem (*affectum*) facere honeste p. 12, 5, 3. an non pudeat certam creditam periodis postulasse 8, 3, 14. nec tamen si quid novi vel sero invenissem, praecipere in posterum puderet 2, 5, 3. β) *Partic. Pass.:* illic major aestus, ubi quis pudenda queritur 11, 1, 84. quod evenit praecipue in fabulosis usque ad deridicula, quaedam etiam pudenda 1, 8, 21. pudenda dictu spectantur 1, 2, 8; pudendumque dictu, si plus litigantibus prosunt minores 6, 4, 7. quo pudendum est magis, si difficultatem facit prudentia 10, 3, 16.

Pudice. potuisset p. respondere (*mulier*), malle se virum suum talem esse, qualis melior esset 5, 11, 29.

Pudicus. p. domus 1, 10, 32. in rebus ac verbis parum modestis ac pud. 11, 1, 30. et si filia nata, meretrix eam mater pudicam esse voluisset *ib.* 82 *Z.*

Pudor. α) *Nominat.:* nec pudor videtur, quod non palam objicias, sed diffidentia 9, 2, 72. in rebus ac verbis parum modestis ac pudicis vilis p. 11, 1, 30. ad dicendum etiam p. stimulos habet 10, 7, 16. integritas tua te purgavit, pudor eripuit *Cic.* 8, 6, 56. quanto validius bonos inhibet pud. quam metus 9, 2, 76. minus obstitisse videtur p. 5, 7, 1. *cf.* 12, 7, 6. cur me prohibeat p. 9, 3, 73. qui p. frangit (*Sp.* refringit) animum, et abjicit, atq. ipsius lucis fugam et taedium dictat 1, 3, 16 *Z.* initio p. omittendi, quae promiseram, tenuit 12, Pr. 1. β) *per ceteros Casus:* verba decenter pudoris gratia subtrahuntur 9, 3, 59. leges, diligentissimae pudoris custodes 8, 5, 19. ego Romani pudoris more contentus verecundiam silentio vindicabo 8, 3, 39 *N.* sine respectu pudoris 6, 3, 25; divisio affert injuriam pudori *ib.* 46 *N.;* negligentiam formandi custodiendique in aetate prima pudoris 1, 2, 4. deprehensi interim pudorem suum ridiculo aliquo explicant 6, 3, 100. necesse est his aut fastidium moveant — aut pudorem deprehensa totiens audientium memoriā infelix supellex 2, 4, 29. ne renovaret domus pudorem 11, 1, 83. servare judicum pudorem 11, 1, 78. perducendus omni modo judex ad irae pudorem *ib.* 76; immodeste proponunt, sine pudore affirmant 12, 1, 12 *N.* si de pud. agitur 4, 5, 18 *N.*

Puella. transtulit aliquando patronus puellam, quae soror esse adversarii dicebatur 6, 1, 39. *v.* Matrona.

Puellaris. aetate tam (*Sp.* ea) puellari 6, Pr. 5 *Z.*

Puer. ut Lucilius praecipit Jam puerei (*Sp.* pueri) venere: E postremum facito atque I, Ut pueri (*Sp.* puerei) plures fiant 1, 7, 15 *Z.* α) *Nominat.:* pueri adulti *opp.* juvenes facti 2, 2, 3. *cf.* Pr. 7. p. maturus percipiendis iis, quae rhetorice praecipit 2, 1, 7. pueri statim quam plurima ediscant 11, 2, 41. nobis jam paulatim accrescere puer, et exire de gremio, ac discere serio incipiat 1, 2, 1. longam esse duorum temporum *etc.* pueri sciunt 9, 4, 47; a Graeco sermone puerum incipere malo 1, 1, 12. pueros adolescentibus sedere permixtos non placet mihi 2, 2, 14. Demosthenem puerum admodum pupillares actiones habuisse 12, 6, 1. β) *Genit.:* puerorum foedis amoribus 10, 1, 100. animi puerorum, quantum excipere possint, videndum est 1, 2, 28. commentariis puerorum, in quos ea, quae, aliis declamantibus, laudata sunt, regerunt 2, 11, 7. cum puerorum ora formarem 11, 3, 31. puerorum — robustiorum studiis 10, 5, 1; quo (*vitio*) mancipiorum

negotiatores formae puerorum virilitate excisa lenocinantur 5, 12, 17. γ) *Dat. et Accusat.:* patientior est laboris natura pueris 1, 12, 10. inculcatas pueris persuasiones 3, 1, 6. jam non pueris praecipimus 8, 6, 13; pueros attollere (*in perorat.*) 11, 3, 174. *cf.* 6, 1, 47. de ceteris artibus, quibus instituendos, priusquam tradentur rhetori, pueros existimem 1, 10, 1. *cf.* 1, 12, 19. ne binis praeceptoribus oneretur puer 2, 1, 13. *v.* Adolescentulus. Quando rhetori tradendus sit puer? 2, Cap. 1. δ) *Ablat.:* in pueris elucet spes plurimorum 1, 1, 2. comoediae quem usum in pueris putem, paulo post dicam 1, 8, 7. illa mihi in pueris natura minimum spei dederit, in qua ingenium judicio praesumitur 2, 4, 7. in primis evitandus, et in pueris praecipue, magister aridus *ib.* 8. ut in p. aegrotantibus utilitatis eorum gratia multa fingimus 12, 1, 38. Livium a pueris magis quam Sallustium velim (*legi*) 2, 5, 9 *S.*; id a pueris obtinendum 11, 2, 45. me puero 8, 3, 22. nobis pueris 1, 7, 27. 6, 3, 57. 10, 1, 24.

Puerilis. puerile et cujusd. infelicis operae 10, 1, 7; p. affectatio 4, 1, 77. p. anni *opp.* aetas robustior 1, 12, 1. *cf.* 1, 11, 19. p. captatione 8, 3, 57. p. crepitaculorum 9, 4, 66. p. exercitatio 1, 11, 19. p. infirmitas 2, 3, 7. p. ingenium 1, 4, 6. 2, 5, 22. p. institutio 1, 1, 9. p. ejus opera 10, 1, 89. p. sententiolis 12, 10, 73.

Pueritia. hesternorum immemores acta pueritiae recordari 11, 2, 6. in illo a pueritia ad adolescentiam transitu 11, 3, 28. tot artibus in pueritia discendis 12, 11, 9.

Pugil. ugilum congredientium 8, 3, 63. cum pugili coronato carmen scripsisset 11, 2, 11. quomodo palaestricus ille pugilem faciet 2, 8, 7.

Pugna. I) *proprie:* junguntur interim schemata, Sthenelus sciens pugnae: est enim, scitus Sth. pugnandi 9, 3, 10. pugnam ineuntium 12, 1, 28. omnium, quae pugna poscit 12, 3, 5. *v.* Rixa. II) *i. q. lis:* α) circa quem et grammaticis inter ipsos inexplicabilis pugna est 8, 6, 1. quantam mihi concitem pugnam 10, 1, 105. β) *de actione forensi.* a) *c. Attributis:* p. forensis 5, 12, 17. in hac p. forensi (*corr.* *Regius*; *Codd.*, *tac. Amb.* 1., forensium) 6, 3, 28 *N.* p. illam decretoriam 6, 4, 6 *N.* subita p. non praeparata 7, 1, 35. ad actum rei pugnamque praesentem 10, 1, 31. b) *c. Genit. aut Praepos.:* forensium certaminum p. 5, 12, 22. in qua specie juris pugna sit, et in ea de verbis an de voluntate quaeratur 7, 1, 13. legum contrariarum ex diverso pugna est 7, 10, 3; circa quae p. sit 7, 1, 15. simplicior contra tabulas p. 5, 7, 1. cum quibus mihi minima p. est 2, 21, 8. *cf.* 3, 6, 21. p. perpetua inter Stoicos et Epicuri sectam secutos 5, 7, 35. p. inter testem et patronum 6, 4, 21. p. inter victores 8, 3, 69. c) *per varios Casus:* jam scientem, quid sit pugna 12, 6, 6. in quo p. consistat 7, 1, 7; ipsa pugnae necessitate *opp.* *scholae* 5, 13, 59 *N.* quibusd. pugnae simulacris ad verum discrimen aciemque justam consuescimus 2, 10, 8. majoris pugnae est ex scripto ducere, quod scriptum non est 7, 8, 6. qui id demum, quod pugna constat, enthymema accipi velint 5, 10, 2. ipse ille mucro ingenii cotidiana pugna retundatur 10, 5, 16. *v.* Palaestra.

Pugnacitas. si pressae illi narrationis gracilitati conjuncta argumentorum pugnacitas fuerit 4, 3, 2.

Pugnaciter. ubicunque erit acriter, instanter, pugnaciter dicendum 9, 4, 126; alia sublimius, alia pugnacius dicenda *ib.* 130.

Pugnax. gladio pugnacissima gens Romani 9, 3, 8; ut (*Iulius Secundus*) esset multo magis pugnax (*optt. Codd.* pugnans), et saepius ad curam rerum ab elocutione respiceret 10, 1, 120 *N.*

Pugno. I) *proprie:* et latro acriter pugnabit 2, 20, 10. nunc acie directa, nunc cuneis, nunc auxiliis, nunc legione pugnabitur 2, 13, 4. vario Marte pugnatum, eruditus est sermo 8, 6, 24. ad digitum pugnavi (*de gladiatore*) 8, 5, 20 *N.* pro Caesare pugnantem 6, 3, 75. tot pugnandi pericula ineuntibus 2, 16, 8. pugnando invictus (*de pugile*) 2, 8, 14. scitus pugnandi 9, 3, 10 *v.* Pugna. II) *transl.* α) ne pugnemus igitur, cum praesertim plurimis alioqui Graecis sit utendum 2, 14, 4. nocet diu pugnare (*optt. Codd.* pugna) in iis, quae obtinere non possis 6, 4, 15. et aequitate et voluntate pugnandum 7, 6, 7. arte pugnandum est 2, 17, 29. pugnat ille acumine semper, hic frequenter et pondere 10, 1, 106. ubi atrocitate, invidia, miseratione pugnandum est 9, 3, 102. directa fronte pugnandum est 5, 13, 11. rerum inventione pugnandum est 12, 10, 36. iure prius pugnandum an aequo 6, 5, 5. nec alibi magis mucrone pugnari 6, 4, 4. universitate pugnandum est 7, 2, 22; neque ego contra naturam pugno 2, 8, 10. qui (*testes*) adv. insectantem pugnassent, modestia mitigantur 5, 7, 27. β) *i. q. discrepo:* a) quotiens pugnabunt (*quod decet et quod prodest*), ipsam utilitatem vincet, quod decet 11, 1, 9. ut, si sensu non pugnant, comprehensione dissentiant 7, 3, 12. haec pugnare invicem 5, 13, 33; quae contra (*Sp.* inter) semet ipsa pugnent aut pugnare videantur 5, 13, 30 *Z.* pugnaturos eos inter se (*philosophos*) 2, 17, 32. 33. quae tantum inter se pugnant 3, 8, 32. *cf.* 4, 2, 90. 11, 1, 93. *v.* Obsto. ne quis inter se pugnare putet aequalitatem et varietatem 11, 3, 44. b) *Partic.:* verba non pugnantia sed quae invicem complectantur 7, 10, 17. est argumentorum locus — Ex pugnantibus (*a. l.* repugn.) — Ex consequentibus sive adjunctis 5, 10, 74 *N.* Ex pugnantibus, quod etiam solum enthymema quidam vocant, multo fortior probatio 5, 14, 2. *cf.* 25.

Pugnus. compressa in pugnum manus 2, 20, 7. pugno ferire 2, 8, 13. pugno bene uteris 6, 3, 90.

Pulcher. α) *Posit.:* Est hoc quoque, quotiens in sententias acres incidit, pulchrum 9, 3, 76. nonne pulchrum vel hoc ipsum est, ex communi intellectu verbisque, quibus utuntur omnes, tantam assequi laudis et gloriae 2, 16, 19. est pulchrum, in secundis tertiisque consistere 12, 11, 26. respondisse nobilitati, pulchrum erit 3, 7, 10. turpe ducet, cedere pari, pulchrum, superasse majores 1, 2, 22; quamlibet p. locutio 2, 4, 32. pulchra oratione acta 9, 4, 36. sententia p. 5, 10, 79. β) *Comparat.:* illa qua nihil pulchrius est audita oratio 10, 1, 111. *cf.* 8, 3, 16. quo pulchriora et sensu et elocutione dissolveris, hoc orationem magis deformem fore 9, 4, 15. quanto majores ac pulchriores viderentur (*res divinae humanaeque*) 12, 2, 9. γ) *Superlat.:* gratia decoris, qui est in oratione pulcherrimus (*Sp.* quod — pulcherrimum) 8, Pr. 18 *Z. N.* in maximis quibusque ac natura pulcherrimis 12, 2, 27. liberos necare nonnunquam pulcherrimum est 12, 1, 37; p. ars 1, 10, 17. 12, 1, 25. brevitas integra minus praestat — est vero pulcherrima 8, 3, 82. p. consilia 12, 1, 15. p. rerum est eloquentia 1, 12, 16. p. exercitus 1, 10, 48. p. factum 9, 3, 40. p. geminatio 8, 5, 19. laus p. 10, 2, 27. p. libros 3, 6, 60. maximum ac pulch. opus 2, 17, 3. *cf.* 8, 6, 64. 10, 3, 4. 12, 1, 4. 12, 11, 1. 29. p. opinio 3, 8, 1. p. oratio 4, 2, 25. p.

vitae praeceptis 12, 11, 4. p. res 2, 15, 17. 12, 1, 32. longe p. (*tropus*) 8, 6, 4.

Pulchre. se p. expressisse genus illud hujus viri 10, 2, 18. p. fuerit transactum 7, 1, 44.

Pulchritudo. *α*) *formae*: ut corporis p. venire videatur ex malis moribus 2, 5, 12. cujus (*Iovis Olympii*) p. adjecisse aliquid etiam receptae religioni videtur 12, 10, 9. Demetrius fuit similitudinis quam pulchritudinis amantior *ib.* pulchritudinem interim roburque prosequimur honore verborum 3, 7, 12. *β*) *transl.*: quotiens pulchritudinem rerum claritas orationis illuminat 2, 16, 10.

Pullatus. p. circulus 2, 12, 10 *N.* pugnamque illam decretoriam imperitis ac saepe pullatae turbae relinquunt 6, 4, 6 *N.*

Pullus, i. pullum equinum 8, 2, 15.

Pullus, a, um. non possum togam praetextam expectare, cum exordium pullum videam 5, 10, 71 *N.*

Pulmo. ab imo pulmone 11, 3, 56.

Pulpitum. cum in angusto pulpito stans diceret 11, 3, 130.

Pulso. pulsatum querimur 6, 1, 16. si pulsasses, defendi non poteras: vulnerasti 6, 2, 23. *v.* Attingo; scrutanda singula et velut ostiatim pulsanda (*Francius conjic.* pulsandum) 5, 10, 122 *N. et S.*

Pulsus. frequentiorem quasi pulsum habent (*iambi*) 9, 4, 136; *Plur.* pulsus venarum 7, 10, 10.

Pultare. (*antiquum*) 1, 4, 14.

Pulverulentus. iter pulv. facit 5, 10, 81.

Pulvinar. in pulvinari Solis 1, 7, 12.

Pulvinus. pulvinum in atrio ponunt 11, 2, 23.

Pulvis. iter pulverem movet 5, 10, 81. forensem p. 10, 1, 33.

Punio. lex omnis aut punit aut *etc.* 7, 5, 5. *cf.* 7, 1, 48. puniendus es 3, 6, 74. debent puniri 7, 3, 34. nemo dubitabit, quin, si nocentes mutari in bonam mentem aliquo modo possint — salvos esse magis e rep. sit, quam puniri 12, 1, 42. capite ut causa mortis punietur 4, 2, 69. capite puniri, tanquam causa mortis 7, 4, 42. *v.* Caput. qua quis lege puniendus vel honorandus sit 7, 4, 41; inimicum punitus est (*fig.*) 9, 3, 6.

Pupillaris. pup. (*a. l.* populares) actiones 12, 6, 1.

Pupillus. alia tutoris adv. pupillum moderatio est 6, 2, 14. multum agit sexus, aetas, condicio in pupillis *etc.* parentes *etc.* allegantibus 4, 1, 13. non quod mulieri, idem pupillo bonum 5, 10, 73. nec causanti (*Spald. ex Ambr.* 2. neccanti *conjic.* peccanti) pupillo sic tutor irascatur unquam, ut non remaneant amoris vestigia et sacra quaed. patris ejus memoria 11, 1, 59 *v.* Causor.

Puppis. 1, 6, 25. non puppim pro navi (*prosa recipiet*) 8, 6, 20.

Purgatio. (*fig. ap. Cic.*) 9, 1, 32. 9, 2, 2.

Purgo. I) *proprie*: tibiae non satis purgatae 11, 3, 20. II) *transl. in judiciis*: integritas tua te purgavit *Cic.* 8, 6, 56. crimina purganda

(*a. l.* impugnanda) sunt 7, 1, 12 *N. cr. et S.* fortis (*erit*), qui metus doloris *etc.* nulla ratione purgaverit? 12, 2, 3.

Purpura. vestibus purpura coccoque fulgentibus 11, 1, 31. clavus et purpurae in loco insertae (*haec per fig.* ἓν διὰ δυοῖν *poterant explicari, non inusitatam illam quidem prosae praesertim hujus aetatis; cf. praeter Zumptii Gr.* §. 738. *Curt.* V, 5, 10. ex tenebris et carcere procedere. VIII, 14, 1. armis virisque ripam obtineri. *ib.* 12. *Liv.* XXXIII, 2. 33. (*Sed Z. ex Amb.* 1. *recipit* clavus purp. — insertus, *quamvis us sit ex correctione*) 8, 5, 28. ut purpurae (*a. l.* purpura) recte descendant 11, 3, 139 *N. cr.* lana tincta fuco citra purpuras placet: at si contuleris etiam lacernae, conspectu melioris obruatur, ut Ovidius ait. 12, 10, 75 *N.*; Quid non adultus concupiscet, qui in purpuris repit? 1, 2, 6.

Purpuratus. purpuratis (*Alexandri*) 8, 5, 24.

Purus. I) *proprie:* neque fontibus puris neque torrentibus turbidis similes 12, 10, 19. *cf.* 10, 1, 78. quend. purum, qualis etiam in feminis amatur, ornatum 8, 3, 87. II) *transl.:* purus sermo et dissimilis curae 8, 3, 14. sermone puro atq. dilucido 11, 1, 53. *cf.* 1, 9, 2. 1, 11, 6. 5, 14, 33. sermo quam purissimus 4, 2, 118. p. voluptas literarum 2, 18, 4. vox p. 11, 3, 40; multo est tersior ac magis purus (*Horatius*) 10, 1, 94.

Pusillus. pus. (*vox*) 11, 3, 32. grandes, pusillae (*res*) *ib.* 151; pusillum ab ea (*synecdoche*; *Sp.* a vero) discedo 8, 6, 28.

Pusio. pusio, qui cum majore sorore cubitabat *Cic.* 8, 3, 22.

Puteo. aliquando desinet putere. *M. Vestinus.* 6, 3, 64.

Puteus. in puteo 7, 2, 48.

Puto. α) ut puta (*i. e. exempli causa*) 11, 3, 110 *N.* ut puta (*Sp.* pater), Expositum qui agnovit 7, 1, 14 *Z.*; ut quidam putant 7, 4, 3. *cf.* 12, 5, 1. Quod pomum generosissimum? puto, quod optimum 5, 11, 5. non, ut arbitror, propter calorem, quod quidam putaverunt 11, 3, 28; quae qui pertinere ad oratorem non putabit, is ne statuam quidem inchoari credet, cum ejus membra fundentur 2, 1, 12. *cf.* 2, 19, 2. *v.* Credo. error est in re duplex: unus, quod — existimant *etc.* alter, quod — putant 2, 3, 4. nec mihi videntur errare, qui putant 7, Pr. 3. est et ille in hoc genere frequens error, ut putent 9, 2, 85. neque ero tam credulus, ut putem 11, 2, 4. pervasit jam multos ista persuasio, ut putent 8, 2, 21. β) *c. binis Accusatt.:* qui totidem figuras putant, quot affectus repudiandi 9, 1, 23. *cf.* 2, 4, 1. 3, 6, 56. 9, 1, 15. hoc ego totum cum sua ratione unum puto (*a. l.* pono) 5, 14, 7 *N. cr.* Aristoteles potentissimum putat — si sit vir bonus 5, 12, 9. quam istud parvum (*a. l.* parum) putant 12, 2, 3 *N. cr.* nec statim diligentem putabo, qui *etc.* 1, 4, 24. hanc quidam aposiopesin putant, frustra. 9, 3, 60. *cf.* 3, 2, 4. 6, 3, 20. 9, 1, 14. 9, 3, 90. Siquidem Celsus κακέμφατον ap. Virgilium putat, Incipiunt agitata tumescere 8, 3, 47. ego te Consulem putem? 8, 3, 89. *cf.* 8. adolescentibus meis (meos enim semper adolescentes putabo) 7, 3, 30. *cf.* 6, 3, 74. ut fabricandi artem putet 2, 17, 3. non putant indignum sustinere tot mala 8, 4, 21. *cf.* 11, 3, 71. quidam commendationem *etc.* propria hujus officii putaverunt 6, 2, 11. γ) *adj. Genit. aut Adv.:* Cic. inventionem ac dispositionem prudentis hominis putat, eloquentiam oratoris 8, Pr. 14; quod ego adeo longe puto ab oratore perfecto 12, 9, 8. dare aliquid adversario, quod pro

se putet 6, 4, 18. velut satis sit, scire ipsos, quae dicere velint, quantum ad alios pertineat, nihil putant (*Sp. conjic.* nihili) 8, 2, 19 *N.* alius imaginem mariti pro rea proferre magni putavit 6, 1, 40. dum satis putant, vitio carere 2, 4, 9. *cf.* 8, Pr. 13. *v.* Satis; quia ita homines (*a. l. inser.* id) putant 7, 1, 35. *δ*) *seq. Accusat. c. Inf.*: Ego in universum neque oratoris puto esse unquam praevaricari 9, 2, 87. Nescio qui conviciati sint: et puto Stoicos fuisse 6, 3, 78. *cf. ib.* 7. 9, 3, 39. nec id ferro speciosum fieri, putabo 5, 12, 19. quae dura quidem sentit esse, verumtamen usu putat posse molliri 8, 3, 32. *cf. ib.* 35. quid putamus facturas cupiditatem, avaritiam, invidiam 12, 1, 6. cujus vitam si putetis per vos restitui posse 5, 14, 2. etiam in personae fictione quidam idem accidere putaverunt 9, 3, 89. *cf.* 12, 10, 49; alii nihil vitare (*Sp. om. censet se*), ea, quae in oculos incurrunt, exquirendo, putant (*sic Sp.*; *Z.* vitare, quae — exquirendum p., *Inf.* vitare *pro vitandum sibi esse accipiens, quod tamen probationem desiderat, etsi haec Amb.* 1. *lectio verissima videtur; Infinitivum vero malim accipere historicum.*) 7, 1, 41 *N.* *ε*) *seq. Partic. Fut. Pass.*: qui frondibus teneris non putant adhibendam esse falcem 2, 4, 11. si homines faciendum sibi aut cogitandum putassent 10, 2, 4. quae discenda puto 1, 12, 15. *cf.* 1, 11, 15 *Z.* affectus excludendos putabant 5, Pr. 1. qui solos veteres legendos putant 10, 1, 43. *cf.* 1, 7, 10. 1, 9, 6. 5, 13, 37. 9, 2, 83. 84. 10, 1, 46. 10, 3, 11.

Pyrrhichius. pyrrh., quem alii pariambum vocant, brevibus (*duabus constat*) 9, 4, 80. p. choreo praecedente *ib.* 106. accipiet ante se choreus et pyrrhichium *ib.* 104. paeon, qui est ex choreo et pyrrhichio *ib.* 96. (*paeon*) ante se brevibus gaudet pyrrhichio vel choreo *ib.* 111. minus gravis erit spondeus praecedente pyrrh. *ib.* 101. ille comicus senarius choreis — pyrrhichiisque decurrit *ib.* 140.

Pyxis. pyxides, cujuscunque materiae sunt 8, 6, 35. in illa pyxide (*optt. Codd.* puxide) Coeliana 6, 3, 25 *N.*

Q.

Q. Q, cujus similis effectu specieque, nisi quod paulum a nostris obliquatur, Koppa ap. Graecos nunc tantum in numero manet 1, 4, 9. duras et illa syllabas facit, quae ad conjungendas demum subjectas sibi vocales est utilis, alias supervacua, ut equos hac et equum scribimus 12, 10, 30. *cf.* 1, 7, 5.

Qua. qua vel impudentia vel fames duxit 2, 20, 2. ut ea, quae emiserint, ultro venire in manus credas, et, qua jubentur, decurrere 10, 7, 11. quo sit et qua perveniendum 10, 7, 5. ire, qua rapit 12, 10, 61. qua cava funda patet *Cic.* 8, 6, 73; in animos judicum, qua non observatur, irrepit 9, 1, 19. aut assumere in causam naturas eorum, qua competent, aut mitigare, qua repugnabunt, oportebit 4, 1, 17.

Quadra. deni in quadram (*Sp.* quadrum) pedes 1, 10, 43 *Z.*

Quadrageni. petuntur ab utroque quadragena 7, 6, 2.

Quadrantarius. quadrantariam Clytaemnestram (*a. l.* quadratoriam) *Coel.* 8, 6, 53 *N.*

Quadratum. formae quadrati 1, 10, 44. illa circumcurrens linea, — si quadratum paribus oris efficiat *ib.* 41.

Quadripertitus. quadrip. rationem 1, 5, 38. (*a. l.* quadripart.) 3, 6, 83 *N. cr.* quadr. ratiocinationem 5, 14, 5.

Quadro. I) quod quoque loco verborum maxime quadret 9, 4, 60. II) *Partic.* α) quadratos pedes 1, 10, 44. β) *transl.:* quadr. compositio 2, 5, 9 *N.* id quod ex illis conficitur (*particulis*), aut quadratum aut solutum erit 9, 4, 69.

Quadrupes. bipes differt a quadrupede 5, 10, 61. pro equo quadrupedem 8, 6, 20; quadrupedes, cum viridi pabulo distentae sunt, sanguinis detractione curantur 2, 10, 6.

Quadruplex. rei q. observatio 11, 3, 151. similium fere q. ratio 9, 3, 75. *cf.* 5, 8, 7. hujus vis omnis q. maxime videtur 8, 6, 9.

Quadruplus. fur quadruplum solvat 7, 6, 2. *cf.* 7, 4, 44. *v.* Fur.

Quaero. α) *simpl.:* cogitantibus et dubitantibus similes quaerere, quae attulimus 11, 2, 47. nos ad quaerendum non eo ipso concitemur, quod — scimus? 10, 2, 5. *cf.* 5, 12, 1. ut ab ultima specie retrorsum quaererem usque ad primam generalem quaestionem 7, 1, 23 *v.* Retrorsum. invenisse eos, qui quaesierunt 10, 2, 5. qui subtiliter (*Sp. inser.* id) quaeret, aliquid ultra spectabit 7, 1, 59 *Z.* Intendamus ultro animum, videamusque, an aliquid inveniri praeterea possit. Quo id modo fiet? Sedulo imitor quaerentem, ut quaerere doceam 7, 1, 54. cum cogitatio ultra id, quod est, longius quaerit 11, 2, 3. Aristoteles quaerendi gratia quaed. subtilitatis suae argumenta excogitavit 2, 17, 13. ista quaerendi, judicandi, comparandi anxietas 8, Pr. 29; Alioqui, sicut qui patrimonium non pararunt, sub diem (*Sp.* subinde) quaerunt: ita in oratione, qui non satis laborarunt *ib. Z. N.* β) *c. Obj.:* ille demum in id, quod quaerimus, poterit evadere 2, 4, 17. nos quaerimus illa, tanquam lateant semper seque subducant 8, Pr. 21. quid quoque loco quaerant, sciant 10, 7, 6. dum omnia quaerimus, aliquando ad verum, ubi minime expectavimus, pervenimus 12, 8, 11. cum et scripta perdidit et non quaerit nova 10, 7, 33. quaeramus optima 10, 4, 5. quo nihil quaeras perfectius 10, 1, 78. quaeratur similius aliquid 12, 10, 22. verisimilia quaerentur 2, 17, 34. plura quaesituris 5, 10, 31. se, quod numerosum sit, quaerere 9, 4, 56; quorum exempla illo loco quaerenda (*Sp.* reddam) 8, 3, 51 *Z.* quaerere habitum gestumque sine corpore 9, 3, 100. invidiam sibi quaeri ab adversario 5, 6, 5. jura quaerentibus reddet (*Sp.* tradet) 12, 11, 4. moras et secessum et silentium quaeret 10, 7, 2. non ornamenta quaerimus sed lenocinia 8, Pr. 26. non speciem expositionis sed fidem quaerit 10, 1, 32. quotiens verbum verbo (*Sp. adj.* simile) aut non dissimile valde quaeritur 9, 3, 75 *Z.;* si quis unam maximamque a me artem memoriae quaerat, exercitatio est et labor 11, 2, 40; omnia debent esse oratori quaesita 2, 21, 6. figurae jam non quaesitae 2, 7, 4; *i. q.* desidero: in hac (*materia*) quaerentur sententiae praecipites *etc.* 7, 1, 44. in evitandis ejusmodi verbis non decorem compositionis quaerimus, sed facilitatem 9, 4, 145. in narrando gratiam illam compositionis, quae continget ex sermone puro atq. dilucido, quaeret 11, 1, 53. quod neminem praeter eos, qui possint scire, quaesierit (*orator*) 5, 7, 24. ut assueta gymnasiis et oleo corpora — si militare iter imperes, deficiant, et quaerant unctores suos nudumque sudorem 11, 3, 26. is erit, quem quaerimus, perfectus orator 10, 2, 28. M. Tullius quaerit adhuc eum (*eloquentem*) 12, 1, 21. *cf.* 19; ne (*vetus orator*) se quaerat priorem (*a. l.* queratur perire) 12, 11, 2 *N.; adj. Ablat.:* pronuntiatione famam

dicendi fortius quaerunt 2, 12, 9. illud conjectura, hoc finitione quaerendum 3, 6, 5. *cf.* 12, 2, 15. γ) *seq. sententia interrogandi:* quaero ab inimicis, sintne haec investigata *etc.* 9, 3, 49. illud eruditius quaeritur, an in singulis quoque verbis possit fieri soloecismus 1, 5, 36. si quaeratur, An sit credibile, super caput Valerii pugnantis sedisse Corvum *etc.* 2, 4, 18. *cf.* 7, 7, 4 *Z.* 10, 5, 13. ex integris an compositis sint, quaeritur 1, 5, 68. *cf.* 5, 12, 14. 10, 1, 1; si quaeram, quae sit materia statuarii, dicetur aes 2, 21, 10. in libro secundo quaesitum est, quid esset rhetorice 3, 1, 1. certum est de nomine, sed quaeritur, quae res ei subjicienda sit 7, 3, 4. *cf.* 7, 9, 3. 9, 2, 93. factum esse constat, quale sit quaeritur 7, 4, 3. *s.* Convenio. cum quaerere atque exequi juberent (*praeceptores*), Cur armata ap. Lacedaemonios Venus? 2, 4, 26; nec indocti nec rustici diu quaerunt, unde incipiendum 10, 3, 16. quin ascenderis murum, non quaeritur 4, 4, 4 *N.* δ) *c. Praepos. in:* in qua quidque civitate quaeratur, interest 5, 10, 40. in ead. controversia aliud alii parti prius quaeri, frequenter expedit 2, 13, 6. quae in omni disputatione quaerantur 3, 6, 80. et in finitione, quae sit voluntas nominis, quaeritur, et in syllogismo — spectatur, quid voluerit scriptor 7, 10, 1. negotialem (*partem*), in qua de rebus ipsis quaeritur 3, 6, 57. in quo factum *esse* constat aliquid, a quo sit factum quaeritur 7, 2, 18. in quo citra accusationem quaeritur 7, 2, 26. in hoc genere maxime quaeritur, an simile sit, quod infertur 5, 11, 27. *cf.* 7, 2, 7. in verbis quaeritur, An satis significent 2, 4, 37. in omnibus, quae fiunt, quaeritur, aut Quare, aut Ubi *etc.* 5, 10, 32; in furti reo, sicut in caedis, quaeritur de facto 7, 2, 51. personam, in (*a. l. om.* in) qua de animo, corpore, extra positis quaeratur 3, 6, 25 *N. cr.* ε) *c. Praepos. apud:* haec ap. eos fortasse quaerantur, qui summam rhetorices ad persuadendi vim retulerunt 2, 16, 11. negotii, de quo ap. judices quaeritur 4, 2, 2. cum ap. centumviros post alia quaeritur, Uter dignior hereditate sit? 3, 10, 3. *cf.* 4, 2, 5. multis millibus versuum scio ap. quosd. esse quaesitum, quomodo inveniremus, utra pars deberet prior dicere 7, 1, 37. si apud Lacedaemonios quaeratur, An Athenis muri fiant 7, 2, 4. ζ) *c. Praepos. de, circa:* ea, de quibus quaeri solet 2, 4, 34. semper in oculis habere, de quo quaeritur, et quod volumus efficere 6. 4, 13. *cf.* 5, 11, 3. 12, 11, 21. cum de genere dicendi, quaerendum erit 10, 1, 44. de re constat, de jure quaeritur 4, 2, 5. *cf.* 7, 2, 11. de re ipsa quaeritur 2, 4, 38. *cf.* 1, 6, 29. 3, 5, 3. 3, 6, 95. pars deliberativa, de tempore futuro consultans, quaerit etiam de praeterito 3, 8, 6. quorum de ultione quaeritur 7, 4, 33; eorum, de quibus judicio quaeritur, manifestum genus est 3, 4, 7; quaesitum a paucissimis etiam de instrumento est 2, 21, 24; quis non etiam rusticorum aliqua de causis naturalibus quaerit Pr. 16. quae de ipsa rhetoricae substantia quaeruntur *ib.* 21. de praemiis quaeruntur duo 7, 4, 21. de aliquo homine quaeritur, qui sit? 7, 2, 4 *Z.*; quaeritur per conjecturam et qualitatem circa modum, speciem, numerum *ib.* 6. *v.* Circa. η) *c. Praepos. ex, ab:* ad id perducentur, quod ex hoc quaeritur, ut inveniant ipsi et intelligant 2, 5, 13. ex verbis atque sententiis per sese id quaeritur 9, 4, 137. interim ex re quaeritur, cum aliqua ex ipsa citra personam quoque argumenta ducuntur 7, 2, 13. haec ex duabus personis quaesita sunt. E tertia — nulla oriri quaestio potest 7, 1, 59; ex habitu invidiam Midiae quaerit (*Demosth.*) 6, 1, 17; donec ab eo quaeri desineret 11, 3, 6. *cf.* 9, 3, 49. ϑ) *c. Praepos. inter:* illi homines docti et inter doctos verum quaerentes, minutius et scru-

pulosius scrutantur omnia 5, 14, 28. uter sit poëta melior, inter plurimos quaeritur 10, 1, 67. inter duos diversarum sectarum velut duces non mediocri contentione quaesitum est, Singulisne quaestionibus subjiciendi essent loci? 5, 13, 59. si inter propinquos de idoneo (*marito*) quaeratur 7, 4, 39; qui ita dicunt, tanquam inter duas leges quaeratur *ib.* 42. *cf.* 7, 2, 12. Saepe inter se collidi solent, inde testatio, hinc testes —. Saepe inter testes et argumenta quaesitum 5, 7, 33.

Quaeso. quid necesse est, quaeso, dicere oppido 8, 3, 25.

Quaestio. quod nos statum, id quidam constitutionem vocant, alii quaestionem, alii quod ex quaestione appareat 3, 6, 2. cum pars altera quaestionem (*i. e. tormenta*) vera fatendi necessitatem vocet, altera saepe etiam causam falsa dicendi 5, 4, 1. Quid sit quaestio 3, Cap. 11. α) *c. Adj.:* cujus q. frequens est 2, 4, 26. praesenti q. 7, 2, 29. 11, 1, 63. q. propositae 1, 10, 37. 9, 2, 39; q. simplicem — duplicem 7, 2, 8. *cf.* 2, 15, 1. 10, 3, 4. ut in consiliis plerumque simplicior q. est, ita in causis minor 3, 8, 67. q. potentissima 3, 8, 16. prima q. 3, 6, 7. 12. quaestio veluti principalis 3, 11, 4. *opp.* singula argumenta 4, 4, 1. q. vel universis vel interim singulis 4, 3, 4. q. summa illa, in qua causa vertitur *opp.* minores 3, 11, 2. *cf. ib.* 27. 7, 1, 27; altior q. 3, 8, 42. non ita difficilis q. 2, 5, 18. dura prima fronte q. 7, 1, 55. q. levissima quaeque primo loco fungitur 3, 6, 8. illas occultiores q. 7, 1, 40. parvae q. 1, 7, 29. vehemens q. et aspera 5, 10, 113. in vera rerum q. 7, 4, 11; civiles q. 2, 15, 36. 19. 2, 21, 2. ratiocinativa atque collectiva q. 7, 1, 60. q. conjuncta — separata 7, 2, 7. *cf. ib.* 51. quaestiones esse aut infinitas aut finitas. Infinitae sunt, quae remotis personis *etc.* in utramque partem tractantur, quod Graeci θέσιν dicunt, Cicero propositum, alii quaest. universales civiles, alii quaest. philosopho convenientes 3, 5, 5. *cf.* 10, 5, 11. q. generalis 3, 6, 21. 7, 1, 49. 58. 7, 6, 12. 7, 10, 3. 10, 5, 13. *v.* Generalis. de re et generales quaestiones sunt et definitae, id est, et quae non continentur, et quae continentur 7, 2, 1. cum sit omnis generalis q. speciali potentior 12, 2, 18. q. legales 3, 6, 46. 50. 55. 59. q. legitimae 3, 6, 72 *N.* 7, 3, 13. q. naturalium 1, 4, 4. 7, 2, 7. separatae q. 7, 6, 7. q. translativae 3, 6, 52. universales q. inutiles quidam putant 3, 5, 12. β) *c. Genit.:* quaestiones sive actionis sive translationis 3, 6, 84. *cf.* 7, 5, 1. amphiboliae q. 7, 9, 15. crediti et depositi duae quaest. sed nunquam junctae 7, 2, 51. q. facti, nominis, generis, actionis 3, 6, 50. *cf.* 7, 1, 18. finitionis q. 5, 3, 36 *N.* q. honestorum, utilium, justorum 3, 4, 16 *cf.* 12, 2, 16. juris q. 4, 2, 8. 5, 10, 44. 7, 1, 18. 7, 4, 25. 12, 2, 19. q. legum 7, 1, 2. litium q. 10, 1, 23. omnes earum (*materiarum*) quaestiones 7, 4, 40. mentis q. *opp.* rei 3, 6, 38. *N. ib.* 40. q. qualitatis 3, 11, 15. q. illam primam scripti et voluntatis 7, 1, 45. *cf.* 7, 6, 1. temporis q. 7, 7, 3. utilitatis q. 3, 8, 35. vocis q. 7, 10, 2 *N. cr.* γ) *Nominat.:* quid sit quaestio 3, 11, 1. Non occidisti: quaestio et status 3, 6, 74 *N.* si confessum, non poterat ibi esse quaestio 7, 1, 5. *cf.* 7, 1, 49. 7, 4, 20. q., quae in omnibus fere sint causis, in quibus cecidisse quis formula dicitur 3, 6, 69; in conjectura est q. ex illo: 3, 11, 11. juris q. solent esse nonnunquam ex aliis atque aliis conflictionibus 7, 1, 18. q. aut ex facto aut ex scripto esse 8, Pr. 10. nec semper ex una lege q. est 7, 1, 15. ex conjuncta propositione plures esse quaestiones ac status *ib.* 9. ex uno statu duas generales fieri q. *ib.* 58;

qualis esse in addictis q. solet 5, 10, 60. quaestiones esse aut in scripto aut in non scripto 3, 5, 40. non est in translatione q., sed in eo, propter quod transferuntur 3, 6, 70. *cf.* 7, 9, 15; quae sit inter litigantes q. 3, 11, 24. *cf.* 4, 4, 8. 7, 6, 1; de quibus erit q. 10, 1, 33. est circa hoc q. 3, 3, 10; testis et quaestio de ipsa re, quae in judicio est, pronuntiant 5, 11, 44. quaestionum saepe in unam (*causam*) cadere plures posse 3, 6, 91. q. inter utile atque honestum consistet 3, 8, 24. cum q. in eo consistit, quod figurae petunt 9, 2, 93. qua de re erat q. constituta 4, 2, 10. q. juris omnis aut verborum proprietate *etc.* continetur 12, 2, 19. ne in infinitum q. evadat 2, 17, 16. q. omnis ac locus habet suam dispositionem ut theses etiam simplices 7, 10, 5. potest incidere q. 7, 1, 19. *cf.* Pr. 12. quaestionem ex quaestione nasci 3, 11, 3. quae (*q.*) subito inter actiones nasci solent 12, 3, 2. inde illa q. exoritur 1, 5, 58. hic vehemens q. et aspera exoritur de jure 5, 10, 113. *v.* Exorior. ubi primum coeperat non convenire, q. oriebatur 7, 1, 6. *cf. ib.* 60. e tertia (*persona*) nulla oriri q. potest 7, 1, 59. quod nec omnis quaestio (*Sp.* actio) patitur, nec omnis causa desiderat 4, 1, 24 *Z.* q. sequitur ex ipsis testibus, ex causis, ex litigatoribus 5, 7, 34. generales q. in illo maxime studiorum more versatas 12, 2, 18. *δ*) *Genit.:* nuda quaestionum asperitas 4, 1, 25. interim refugienda non modo distinctio quaestionum est sed omnino tractatio 4, 5, 6. quaestionum et argumentorum frigus 2, 12, 6. in simplici q. genere 6, 4, 21 *N.* ne modum tam parvae q. excesserint 1, 7, 29. certus ordo q. 2, 13, 1. 6. *v.* Ordo. maximam partem quaestionis 12, 1, 9. diversi quaestionum status 3, 6, 21. summam quaestionis 5, 13, 35. aliquo propriae q. vinculo copulatus 2, 4, 30. vis quaestionum semper crescere debet 7, 1, 17. *ε*) *Accusat.:* quod aut solvat quaestionem aut adjuvet 5, 10, 96. nec indicat q., sed adjuvat 4, 4, 4. ne arti, culpa quorund. pervicacium perplexae, videar et ipse quaestionem addidisse 1, 5, 17. non solum in digerendis q., sed etiam in exequendis 11, 2, 37. *cf.* 7, 1, 18. omnes adhuc q. ex persona petitoris duximus 7, 1, 54. quaestione excussa 3, 5, 13. quaestiones explicet 1, 2, 14 *N.* (*tempus*) facit juris q. 5, 10, 44. *cf.* 7, 1, 8. 7, 10, 2. quattuor ejus generis quaestiones vel status facimus 7, 5, 6. omniaque - personae, quaestiones *etc.* habenda in oculis 10, 7, 15. quae omnia quaestionem habent in eo, qualia sint 7, 4, 1. *cf.* 7, 5, 5. factum q. habet simplicem — duplicem 7, 2, 8. *cf.* 2, 15, 1. 3, 6, 72. 7, 10, 3. de habenda q. (*in tormentis*) 5, 4, 2. inferenda est alia q. 6, 4, 20. in re q. instituamus an in facto 7, 1, 13. nec omnes mihi persequi materias in animo est, nec omnes (*Sp.* communes sunt) earum quaest. 7, 4, 40 *Z.* qua praeparatione praemuniendae q. 7, 10, 12. recipit materia q. 7, 1, 20. ad cognoscendam litium q. 10, 1, 23. quo solvitur q. supra tractata 3, 7, 3. *cf.* 1, 10, 49. q. generaliter tractantur 2, 1, 11. *v.* Tracto. si condicio personarum quaestiones variaverit 3, 10, 2; ut quaeque (*pars*) in quaestionem cadit 5, 7, 35. non enim causa universa in quaestiones ac locos diducenda est 7, 10, 5. quidquid in quaestionem qualitatis venit 3, 5, 10. *cf.* 5, 14, 16. 7, 2, 14. ea quae sunt extra q. 11, 3, 164. per totas q. decurrimus 9, 2, 48. post q. 4, 3, 11. *ζ*) *Ablat.:* a proposita q. abducit audientem 9, 2, 39. cum recessum est a q. 3, 11, 17. tanquam causa non iisd. omnibus, quibus ceterae leges, quaestionib. continerentur 7, 5, 2. materiam (*rhetorices*) esse in causa et in quaestionib. 2, 21, 21. hoc fit in totis causis, quae sunt simplices, et in quaestionib. 5, 14, 10 *N.* *cf.* 3, 6, 55. 7, 4, 11. 8, 6, 42 S.

Quaestiuncula. positis invicem cujuscunque generis quaest. 1, 3, 11.

Quaestorius. quaestoriam aetatem 12, 6, 1.

Quaestus. in quaestum notariorum 7, 2, 24. ut primum lingua esse coepit in quaestu Pr. 13.

Qualis. quantum, quale interrogantes gravi, comparantes acuto tenore concludunt 1, 5, 26. α) q. causam vir bonus defendat 12, 1, 37. quo translationis genere, quibus figuris, qualibus sententiis 8, 3, 41. Quale sit 3, 6, 48. v. An. plurimum est in eo, quale sit factum 7, 4, 37. ib. 3. ita se habet sacrum, quale ap Homerum quoque est 1, 5, 67. me, qualem esse credit, faciat 4, Pr. 5. quod a natura primum est ortum, et quale ante cultum fuit 9, 4, 3. in parvis (*rebus*), quales sunt fere privatae 4, 2, 117. qualis esse suasor in consiliis publicis privatisve poterit 12, 3, 1. *cf.* 7, 3, 20. laus ac vituperatio, quale sit quidque, demonstrat 3, 4, 14. *cf.* 7, 4, 24. utendum iis, qualia sunt 8, 6, 63. *cf.* 11, 3, 2; fulgor, qualis est ferri — non qualis auri argentique, imbellis 10, 1, 30. *cf.* 2, 4, 27. 2, 16, 16. soluta oratio — qualis in sermone et epistolis 9, 4, 19. *cf.* 7, 1, 15. (*syllaba*) brevissima, qualis ipsa esset 9, 4, 86. altae mentis, qualis amorem quicunque alienus infans mereretur 6, Pr. 7. virum, qualem nulla antea vetustas cognovit 12, 1, 25. carmen, quale victoribus componi solet 11, 2, 11. manus sinistra (*sit*), qualem supra demonstravi 11, 3, 159. pressae illi, qualis saepius desideratur, narrationis gracilitati 4, 3, 2. quales (*sententiae*) frequenter ab iis dicuntur 8, 5, 7. vox, qualis dolore exprimitur 11, 3, 90. a tali animo proficiscatur oratio, qualem facere judicem volet 6, 2, 27. v. Talis. nulla sit ars, qualis inventa est 10, 2, 8. neque illa obscura, quae Atellani e more captent, nec qualia vulgo jactantur a vilissimo quoque 6, 3, 47 *Z.* loci, quales legimus a Cic. compositos 2, 1, 11. deorum atque heroum effigies, quales ab eo sunt traditae 12, 10, 5. vasculum aliquod, quale nunquam viderat 7, 10, 9; [quale si 6, 1, 36 v. Quasi.] β) *in exemplis introducendis:* interdum repugnantibus inter se duabus, quale est imperterritus 1, 5, 65 *Z. cf.* 3, 6, 41. 3, 11, 6. 5, 11, 41. quale est Demosthenis: Non enim *etc.* 5, 14, 4. *cf.* 6, 3, 95. 8, 3, 82. quale Cassii 8, 3, 89. q. est ap. Virgilium 6, 2, 22. q. ap. Brutum de dictatura Cn. Pompeji 9, 3, 95. q. pro Ligario 5, 14, 1. Unum (*barbarismum*) accepimus gente, quale fit, si quis Afrum — Latinae orationi nomen inserat 1, 5, 8; non tamen qualia dicto, factoque 1, 4, 29. *cf.* 8, 6, 65. qualia sunt: Imo de stirpe recisum, et *etc.* 1, 6, 2. qualia sunt jurisconsultorum 11, 2, 41. qualia nuper Iunii Bassi 6, 3, 27. *cf.* 9, 4, 137; quale illud est, Respondit, quae ei visum est 4, 2, 67. *cf. ib.* 121. v. Quare. qualis est ille ap. M. Tullium pusio 8, 3, 22. *cf.* 9, 4, 28. duplex est miseratio; altera cum invidia, qualis modo dicta de damnatione Philodami 11, 3, 171. cum sint artium positae — aliae in agendo, qualis est saltatio 2, 18, 2. quale est prooemium pro Coelio 9, 2, 39. qualia sunt signa 5, 10, 12. cum etiam vita universa ironiam habere videatur, qualis est visa Socratis 9, 2, 46. adjectione facta amphibolia, qualis sit, Nos flentes illos deprehendimus, detractione solvetur 7, 9, 11.

Qualiscunque. qualecunque id, quod modo se ipsi posse desperent 12, 10, 75. humanitas qualiscunque laudandi 2, 2, 10. hoc qual. discrimen raro admodum evenit 11, 1, 14. est jucunda ac favorabilis

qual. eloquentia auri 12, 10, 74. qual. forma sententiae 9, 1, 10. neque erant illa qualiacunque mala, sed minora 12, 11, 3. *Praef. IV. extr. et S.* rem ipsam probare in qual. persona 11, 1, 73. utique defendenda sunt, qualiacunque sunt 5, 13, 7.

Qualitas. I) quorum opinio non qualitate sed modo erravit 2, 21, 2 *N.* alterum (*i. e. rhythmus*) esse quantitatis videtur, alterum (*i. e. metrum*) qualitatis 9, 4, 46. natura vocis spectatur quantitate et qualitate 11, 3, 14. quantitas (*vocis*) simplicior — qual. magis varia est *ib.* 15. q. ciborum 2, 21, 11. q. coeli 5, 9, 15. q. facti 7, 4, 16. quaed. qualitates (*Sp.* —tas) mentis 9, 1, 23 *Z.* propria rerum, de quibus agitur, non communi q. 2, 4, 40. *cf.* 2, 15, 1. in verbis genera et qualitates et personas et numeros 1, 4, 27 *N.* *v.* Modus. II) *status in causis:* 3, 6, 23. 37 *etc.* 5, 10, 40. 7, Cap. 4. est qual. alia de summo genere, atque ea quidem non simplex 7, 4, 1. q. maxime oratoris recipit operam (*Sp.* maxima — opera) *ib.* 23 *Z.* potentissima est in ea (*finitione*) q. 7, 3, 28; quia de finitione non ambigitur, judicatio est qualitatis (*a. l.* qualitas) 7, 3, 36 *N.* qualitatis instrumenta 3, 6, 25. q. quaestio 3, 5, 10. q. status 3, 6, 10. q. vis 3, 5, 9. anguste materiam q. terminasse 7, 4, 40. ad qualitatem scriptumque pertinet 5, 10, 52. ea (*conjectura*) pertinet ad q., quae alterius status instrumentum est 7, 1, 62 *N.* quaeritur per conjecturam et qual. circa modum, speciem, numerum 7, 2, 6 *N.*; *Ablat.:* qualitate excutiuntur, an inhonesta, iniqua *etc.* (*sint*) 5, 13, 19. interim a qual. ad finitionem descenditur 7, 3, 2. cum de q. quaestio est 6, 1, 53. De juridiciali qual. 7, Cap. 5. jus ipsum pendet ex q. 7, 4, 44. plerasque esse (*causas*), quae totae in sola q. consistant 12, 2, 15. quaestio in q. 3, 11, 11. haec ut in qual. crimen elevant, in conjectura premunt 7, 2, 40. in q. generali perpetua dominatur oratio 6, 4, 4; *Plur.:* illa magis finitionibus aut qualitatibus prosunt 5, 10, 89. ead. fictio valet et ad qualitates *ib.* 99 *N.*

Quam. I) *in comparatione.* *a*) quod tempus non tam stilo quam inquisitioni instituti operis datum est Ep. ad Tryph. 1. *v.* Tam. si tantopere efflagitantur, quam tu affirmas *ib.* 3. tanto faciliorem nobis rationem omnium fecit, quam fuit iis 10, 2, 8. in adeo molestos incidimus grammaticos, quam fuerunt, qui *etc.* 9, 4, 53. aeque brevem esse vocalem, cum est sola, quam cum eam consonantes praecedant *ib.* 85. nec alibi fere satis apti, quam ubi *etc.* *ib.* 106. aliter quam se natura habet, et quam oportet, et quam sat est 8, 3, 58. neque emendari ab alio quam ipso fas esse 11, 1, 77. *v.* Alius. homines ante invenisse artem, q. docuisse 7, 10, 10. postea narravit, q. (*Sp.* cum) objecta diluit 4, 2, 26 *Z.* supra q. enarrari potest eloquentem 10, 1, 101. ultra q. ullus spiritus durare possit, extendunt 8, 2, 17. *β*) *jungitur c. Conjunctione aut c. Pron. relat.:* duplices ab iis solitum exigere mercedes, quam si rudes traderentur 2, 8, 3 *N.* etiam leniorem faciunt orationem, q. si omnia verba suo fine cludantur 9, 4, 36. nec aliter quam si tradatur educandus orator Pr. 5; quod est frequentius, q. ut exemplum desideret 9, 2, 53. crebriores figurae, q. ut dissimulari possint *ib.* 94. *cf.* 1, 2, 15. 2, 3, 7. 3, 6, 44. 4, 1, 75. 6, 3, 31; 12, 6, 6; *cf.* quem tropum magis affectamus, ut habere videamur, quam ullo in loco desideramus (*a. l.* q. ut — desideremus) 8, 6, 38; altiorem praebens intellectum, q. quem verba ipsa per se declarant 8, 3, 83. *cf.* 10, 1, 49. haec contraria dicendi, q. quae intelligi velis, ratio 9, 2, 50. *γ*) *c. Superlat.* a) quam emendatissimi Ep. ad Tryph. 3. q.

optime; q. facillime 10, 1, 4. q. longissime 6, 4, 17. q. maxime varie 7, 4, 12. q. minime peregrina 8, 1, 2. q. mollissime 6, 4, 19. b) *adj. posse:* quam maxime potest civili et humano ingressu 3, 8, 59. *cf.* 4, 3, 1. adolescens, q. maxime potest, componat se ad imitationem veritatis 5, 12, 22. ut id, quod objecit, si fieri potest, q. maxime miserabile esse videatur 6, 1, 15. continuabat q. posset plurimos versus 11, 3, 54. ut q. possem apertissime ostenderem 5, 12, 15. q. brevissime potui 1, 10, 1. 5, 7, 37. q. potuit truculentissime eum aspexit 6, 1, 43; omnia compositiora et q. nos poterimus elaborata Pr. 8 *S*; dicet scripta quam res patietur plurima 12, 9, 16. II) *in interrogatione c. emphasi quadam.* α) Quam multum? 3, 6, 90. *v.* Multus I, *β*, b. q. nihil praeparato fecisse videtur 4, 2, 58. q. omnia ad victoriam spectent 10, 2, 27. quam decenter tamen Sulpicio scientiam petendi consulatus ademit 11, 1, 69. quam molli autem articulo tractavit Catonem *ib.* 70. q. in altum simus ablati 12, Pr. 3. q. id non oporteret modo, sed etiam necesse esset 11, 1, 62. q. id scire facile est oratori 12, 3, 9. scirent, quam ejusmodi actionem laturi non fuissent 9, 2, 80 *N.* *β*) quae ratio et quam varia narrandi 10, 2, 27. quantam rem petant, quamque nullus sit hoc proposito praemio recusandus 12, 11, 10. quam multiplicem quamque scrupulosam disputationem 9, 1, 7. quot genera, quae, quamque multae (*Sp.* quam multaeque) sint species *ib.* 10.

Quamlibet. α) *seq. Verbo:* quamlibet multa egerimus, quodam tamen modo recentes sumus ad id, 1, 12, 5. quaml. per alia in scholis exercitati sumus 2, 10, 9; si omnem vitam suam, q. longa fuerit, consumserunt 12, 11, 20. q. parvum sit, quod contulerit aetas prior, majora tamen aliqua discet puer *etc.* 1, 1, 18. *cf.* 5, 13, 56. prodit se, quamlibet custodiatur, simulatio 12, 1, 29; ut assueta gymnasiis corpora, q. sint in suis certaminibus speciosa, si *etc.* deficiant 11, 3, 26. *cf.* 11, 2, 20. caedi discipulos, quamlibet (*Sp.* quanquam) et receptum sit *etc.* minime velim 1, 3, 14 *Z.* *β*) *c. Adj. vel Adv.:* in dicendo q. abundans rerum copia cumulum tantum habeat atque congestum 7, Pr. 1. q. enim apertum 9, 2, 67. oratione q. clara 8, 6, 4. q. gravia 11, 1, 58. qui horride atque incomposite, quaml. (*a. l.* quidlibet) illud frigidum et inane extulerunt 10, 2, 17 *N. et S.* q. imbecilla frons 12, 5, 4. q. longo itinere 11, 2, 6. q. magnus auctor 9, 4, 16. q. multis exemplis 6, 5, 9. *cf.* 11, 2, 51. expugnandae civitates, q. praecisis impositae rupibus 12, 9, 2. in stilo q. properato 10, 3, 19. q. pulchra locutio 2, 4, 32. singulorum fatigatio q. se rudi modulatione solatur 1, 10, 16; ut omnia q. verbose exponant 12, 8, 7 *N.*

Quamvis. q. est enim (*a. l.* enim est) omnis hyperbole ultra fidem, non tamen esse debet ultra modum 8, 6, 73; q. enim pars bello posterior participio insistat, utrique convenit illud edico 9, 3, 64. q. neutri dubium sit, haec esse diversa 8, 6, 36. q. multum esset in hoc quoque momenti — tamen 11, 1, 20. q. ei secundas fere deferat 10, 1, 53. compositioni Latinos magis indulsisse quam Atticos, q. (*a. l.* quo) minus in verbis habeant varietatis et gratiae 9, 4, 145 *N.* q. indifferens habeatur ultima *ib.* 93. q. Lysias defensionem illi scriptam obtulisset, uti ea noluit 11, 1, 11. q. fulgor ille sinistras imagines reddat 11, 3, 68; multum et verae gloriae q. uno libro meruit 10, 1, 94. q. nullo instante 1, 12, 9.

Quando. I) *temporale.* α) *interr. et relat.:* Quando etiam ipsos loqui, quando advocati voce uti deceat 11, 1, 59. expectans, q. incipiendum sit 11, 3, 159. Q. ergo incipit corpus esse? 9, 4, 123; q. non aliud agimus 10, 7, 25. β) *indefin.:* si quando nosmet ipsos alloquimur 11, 3, 124. quod si q. fiet *ib. cf.* 3, 8, 4. 5, 14, 31. 6, 3, 29. 12, 1, 12. *v.* Si. II) *causale:* totum igitur excutiamus locum, quando universam institutionem aggressi sumus 5, 7, 6. *cf.* 1, 8, 9. 2, 12, 12. quando uberior semper extra causam materia est, quia in controversia pauca sunt, extra omnia 3, 11, 25. cur non sit orator, q., quod difficilius est, oratorem facit 12, 8, 5. *cf.* 1, 6, 18. 11, 1, 10. 12, 2, 6. non ad officium suum pertinere opinati, q. divisae professionum vices essent Pr. 4. *cf.* 7, 1, 61. q. nec sapientis sibi nomen, minime sui contemtor, asseruit 12, 1, 20. cur ergo vires ipsas specie solvi putent, q. nec res ulla sine arte satis valent, et comitetur (*a. l.* comitatur) semper artem decor 9, 4, 7. adeo ut mihi sermo ipse Rom. non recipere videatur illam solis concessam Atticis venerem, q. (*a. l.* quoniam, *al.* quum) eam ne Graeci quidem in alio genere linguae obtinuerint 10, 1, 100. quoniam hoc quoque in rerum naturam cadit, ut duos sapientes aliquando justae causae in diversum trahant (quando etiam pugnaturos eos inter se, si ratio ita duxerit, credunt), respondebo propositis 2, 17, 32. *cf.* 11, 1, 32. q. et jucundissimas ex Graecis literas non habemus (et *hic idem est*, *quod supra* etiam) 12, 10, 27 *N.* Q. igitur orator est vir bonus 12, 2, 1.

Quandoque. non est scriptum, ut quandoque (*i. e.* *semper*) rapta optet 7, 8, 6 *N.*

Quanquam. α) *c. Adj. aut Partic.:* immanitatem parricidii, quanquam per se manifestam, tamen etiam *etc.* 9, 2, 53. etiam illa q. plena sanguinis 11, 1, 34. q. circumcisis quae dixisset 10, 1, 104. q. fusis omnibus membris 7, Pr. 2. β) *c. Verbis.* a) *Indicat.:* q. is composuisse orationem, quae est habita contra Socraten, dicitur 2, 17, 4. q. solent hoc ipso maxime haerere, quod exciderunt 11, 2, 35; cui q. tribuitur palma, tamen *etc.* 12, 10, 7. *cf.* 2, 3, 4 *Z.* 2, 4, 21. 6, 1, 47 *Z.* reprehensus est in hac parte non mediocriter Cic., q. is quidem rerum a se gestarum major quam eloquentiae fuit, in orationibus utique, jactator 11, 1, 17. quanq. ista sunt (*Sp.* sint) praecipua 10, 7, 5 *Z. cf.* Pr. 18 *N. et S.* q. enim de matrimonio queritur Dido 9, 2, 64. *cf.* 8, 3, 15 *Z.* γ) *c. Conj.:* natura non utique hoc est: quanquam et ridicula oporteat esse salsa 6, 3, 18. Adde, quod M. Tullius ne Thucydidem quidem aut Xenophontem utiles oratori putat, quanq. illum bellicum canere, hujus ore Musas esse locutas existimet 10, 1, 33. *cf.* 2, 17, 12. 3, 6, 21. 3, 7, 28. 9, 4, 70. 79. [10, 1, 96.] 10, 2, 21. 12, 1, 22. q. videatur (*a. l.* videtur) *Cic.* 2, 21, 5 *N. cr. cf. Müller aut Henrichsen ad Cic. Or.* I, §. 21; (*a. l. Indicat.*) 5, 11, 2. 10, 7, 5. 9, 2, 107; quanquam sint (*sic opti. Codd.; vulg.* sunt) magna Pr. 6.

Quantitas. α) lis est omnis aut de praemio, aut de poena, aut de quant. 7, 4, 3. ea (*quant.*), cum sit aut poenae aut honoris, ex qualitate facti constituitur *ib.* 16; vitium, quod fit per quant. 1, 5, 46. β) *in causis:* 3, 6, 38. 53. (*Aristotelis*) *ib.* 23. status quantitatis 7, 4, 15. quant. plerumque eidem (*qualitati*) subjacet, seu modi, seu numeri *ib.* 41.

Quantulus. quantulum enim studiis impartimur 12, 11, 18. homines,

quibus negata vox est, quantulum adjuvat animus ille coelestis? 2, 16, 17.

Quantuluscunque. quantulumcunque est 1, 1, 18. quantulumc. iis virium est 12, 9, 11. inventa quantulac. causae differentia 5, 2, 5.

11, 3, 60. cum est aliquid, cui responderi non statim possit 6, 4, 14. γ) *Nomine antecedente:* neque ulla est quaestio, quae non sit aut in re aut in persona 5, 8, 4. non enim proprium erat, quod daremus his, nomen 8, 6, 6. Est quodd. genus, quo veteres non utebantur 8, 5, 32. *cf.* 5, Pr. 1. 2. 8, Pr. 4. 8, 3, 63. 8, 5, 3. 9, 2, 90. 10, 7, 25. 11, 3, 92. 12, 2, 24.

V) *c. vi condicionali:* quia durum erat dicere, ut relinquerent 9, 2, 92. non enim longum tantum, sed etiam impossibile, aut potius infinitum est 5, 10, 18. optimum erat negare 7, 1, 34. *v.* Bonus III. quod ipsum satis erat 10, 6, 2. illud ad verbum ponere optimum fuerit 11, 2, 22. *cf.* 5, 10, 124. 10, 1, 37. foret enim optandum, pares *etc.* illi viro fieri 10, 1, 127. *cf.* 1, 10, 29. Quid enim futurum erat temporibus illis 10, 2, 4. *cf.* 7. si pejus aliquid futurum fuit 7, 4, 12.

VI) *c. Genit.* α) *personae:* illius sunt enim (*sc. verba*) 11, 1, 19. in epistolis, quanquam sunt utriusque 10, 1, 107. quorum et Santra est 12, 10, 16; unam partem (*legatae pecuniae*) ejus esse voluit, qui esset utilissimus civitati 7, 1, 38; *sc. res vel causa:* si quid in reum conveniet, accusatoris est efficere *etc.* 7, 2, 35. *cf.* 6, 1, 20. id jam indicis est, non actoris 11, 1, 81. hoc autem hominis, illud rei est 6, 2, 21. prorsus negligentis aut pigri est 11, 3, 149. neque oratoris puto esse unquam praevaricari 9, 2, 87. *cf.* 12, 2, 10. (*jurare*) non patronorum esse sed testium 9, 2, 98. quae non sunt personarum nec causarum 4, 1, 30. β) *rei:* quorum sunt clamor, sonus, gemitus 7, 2, 46; est ipsa (*gradatio*) quoque adjectionis 9, 3, 55. cogitare simul optima ac deterrima, non magis est unius animi, quam *etc.* 12, 1, 4. non esse artis id, quod faciat, qui non didicerit 2, 17, 11. quod manifestae calumniae est 1, 5, 35. praeparatio *etc.* aliquando totius causae est 5, 13, 58. pessimae vero consuetudinis, libellis esse contentum 12, 8, 5. decoris illa sunt, ut *etc.* 11, 3, 69. illud insidiantis fortunae fuit, ut *etc.* 6, Pr. 8. esse eum omnium horarum 6, 3, 110. est et longus *etc.* spiritus, non tamen firmae intentionis 11, 3, 55. quae sunt inventionis 10, 1, 106. hujus esse loci potius 9, 3, 32. sunt alia hujus naturae, ut *etc.* 10, 1, 11. esse officii sui 4, 4, 3. *cf.* 6, 1, 10. operis nostri fuit 1, 10, 11. *v.* Opus. tota est ostentationis 3, 8, 63. communia utriusque s. partis 5, 13, 29. inartificialium probationum esse 5, 11, 43. alterum esse quantitatis, alterum qualitatis 9, 4, 46. mollire cubilia *etc.* nonnullius fortasse rationis est 2, 16, 16. quae sunt praesentis temporis 9, 2, 4. inter tropos vel figuras, quae sunt virtutis 9, 4, 26; ceteraque quae probandi refutandique sunt (*Sp. suppl. instrumenta*) 10, 1, 49; *Genit. pretii:* in verbis, sententiis *etc.* nonne humani ingenii modum excedit (*Homerus*)? ut magni sit (*Sp. adjic.* viri), virtutes ejus non aemulatione — sed intellectu sequi 10, 1, 50 *Z.*

VII) *c. Dat.:* eum, qui mihi sit orator, bonum virum esse oportere 12, 1, 3; Jul. Secundo clarissimum profecto nomen oratoris ap. posteros foret 10, 1, 120; erat mihi curae 7, 1, 4. *cf.* 9, 3, 74. 12, 1, 8. philosophiam ex professo ostentantibus, parum decori sunt plerique orationis ornatus 11, 1, 33. si judicibus ipsis aut gloriae damnatio rei, aut deformitati futura absolutio (*est*) 6, 1, 12. cujus rei esse documento 7, 1, 2. ad multos gestus est impedimento 11, 3, 142. *cf.* 5, 10, 123. (*mens*) multis malo futura 5, 9, 13. testimonio est 12, 1, 16. nescio an minimae legentibus futurum voluptati 3, 1, 2.

VIII) *c. Praepos. in.* α) *de personis:* cum ead. in nobis sunt, et in adversariis non sunt 9, 2, 49. mollis actio, qualem in Titio Cic. dicit

fuisse 11, 3, 128. *cf.* 171. 6, 3, 105. plurimum est in eo ingenii 10, 1, 117. *cf.* 115. 12, 1, 26. *β) de rebus maxime i. q. contineri:* a) plurimum est in eo, quale sit factum 7, 4, 37. Est in eo quoque nonnihil, quod *etc.* 9, 4, 65. *cf.* 84. in hoc eloquentiaé vis est, ut 6, 2, 24. *cf.* 1, 5, 4. 12, 7, 7. in quo est et illa digressio 9, 2, 55. *cf.* 11, 3, 52. cum sit in his aut salus aut ignorantia 5, 5, 1. *cf.* 12, 10, 1. esse in omnibus utilitatis aliquid 10, 1, 57. quaed. in quibusd. non sunt 5, 10, 64. b) c. *Subst.:* pecunia, quae est in argento signato 5, 14, 26. pars probationum, quae est tota in arte 5, 8, 1. quod esse in causa oblivionis solebat 11, 2, 43. *v.* Causa. non in judiciis modo et contionibus rhetoricen esse 2, 21, 4. quae sunt in controversia 10, 5, 22. esse aliquid in delectatione 5, 8, 3. qua in disputatione nonnihil veri est 12, 10, 42. est totum (*vitium*) in elocutione 8, 3, 57. in epilogo est, qualem animum judex in consilium ferat 9, 1, 10. in qua (*exercitatione*) multum est 10, 3, 15. haec non sunt in ea forma, de qua nunc loquimur 9, 2, 27. Est et ille in hoc genere frequens error, ut putent *ib.* 85. constitutio est in lege, more, judicato, pacto 7, 4, 6. *cf.* 7, 3, 22. dignitatem, quae est in latitudine pectoris 11, 3, 141. quartus liber, in quo prooemii praecepta sunt, continet 11, 1, 59. in manibus plus fuisset quam in marmore 2, 19, 3. estque in ea (*memoria*) non dubie plurimum 11, 2, 1. Est enim haec in metalepsi natura, ut *etc.* 8, 6, 38. in natura verborum est — dicere 9, 3, 7. Est figura et in numero *ib.* 8. cuncta in officio erunt 10, 3, 9. *v.* Officium. in diversa fuisse opinione 1, 5, 38 *v.* Opinio. quod est in parte finitionis 9, 2, 105 *v.* Pars. sunt quaed. morae etiam in periodis 11, 3, 39. Est in pedibus (*compositio orationis*) 9, 4, 52. *cf.* 99. ut est in vetere proverbio 5, 11, 41. quae non sunt in quaestione 4, 3, 15. error est in re duplex 2, 3, 3. *cf.* 6, 4, 17. 9, 3, 88. quaestiones esse aut in scripto aut in non scripto 3, 5, 4. demonstrativae partis omnia sunt in hoc statu 7, 4, 3. omnes figuras in verbis esse 9, 1, 15. *cf.* 8, 3, 86. 9, 2, 45. 9, 4, 28. 32. 44. 10, 2, 27. 11, 1, 60. Est aliqua etiam in respondendo figura 9, 2, 12. *cf.* 6, 3, 72. 8, 6, 51. 10, 1, 115; Thebanos non omnes in Alexandri manu fuisse 5, 10, 117. neque enim sunt motus in nostram potestatem 6, 2, 29.

IX) *c. Praep. inter:* abdicatum quoque inter liberos esse 3, 6, 102. qui inter clarissimos sui temporis oratores fuit 6, 1, 47. Est emphasis etiam inter figuras 9, 2, 64. *cf.* 9, 3, 23. quod est inter conjunctas maxime personas 6, 2, 14. est et ipsum inter schemata 8, 3, 51. quod vitium non inter minima est 9, 1, 13.

X) *c. Praep. ab, apud, cum, pro: conjicit* est ab illo *jacit* 1, 4, 11. a pennis duabus hoc esse nomen *ib.* 12; quid apud posteros futurus sit 12, 11, 7. ut est ap. Afrum 9, 3, 79. *cf.* 8, 3, 66. 9, 2, 99; esse cum eo, qui in scholis eruditur 1, 2, 9; esse pro certo 5, 12, 2. pro facto est, quidquid volumus 6, 1, 43. quae (*res*) est futura pro nobis 9, 2, 52. *cf.* 9, 4, 100. ut id pro rep. fuerit 7, 1, 35 *v.* Pro.

XI) *c. Praep. ex. α) originem significans:* (*dii*) qui sunt ex Chao 3, 7, 8. tertia est ex compositis 7, 9, 5. plurima ex eo cavillatio est 2, 17, 30. enthymema, quod est ex consequentibus 5, 14, 17. illud (*genus*), quod est ex enumeratione probationum *etc.*, et hoc, quod ex lacrimis 6, 1, 36. paeon, qui est ex choreo et pyrrhichio 9, 4, 96. *cf.* 47. 97. 110. 136. illa propria, quae ex loci positione ac munitione sunt 3, 7, 26. ex conjuncta propositione plures esse quaestiones ac status 7, 1, 9. *cf.* 3, 5, 7. 7, 101 *v.* Status. cum sit ex his rhetorice 3, 3, 14.

quod (*signum*) esse vel ex re tota potest — vel ex verbo aliquo 11, 2, 19. ea, quae sunt e singulis (*syllabis*) 1, 6, 4. cetera vitia omnia ex pluribus vocibus sunt 1, 5, 34. *β*) *ad aliquid pertinere:* quodsi necessitas exigit, non erit jam ex arte oratoria 4, 1, 22. est ex insequentibus 5, 10, 48. ex ead. fictione sunt 8, 6, 32. sunt et illa ex ead. natura 6, 2, 15. ex ead. parte figurarum additio et abjectio est 9, 3, 18. ex his visionibus illa sunt 6, 2, 32.

XII) *c. Adverbiis originem significantibus:* hic (*Sp.* hinc) Agrippa et Opiter *etc.* erunt 1, 4, 25 *Z.* ut posset hinc esse metus 6, Pr. 10. *v.* Hinc. ut sit inde ille avium concentus 5, 9, 16. *v.* Inde. id unde sunt nomina 11, 2, 31. *v.* Unde.

XIII) *c. Ablat.:* si esset numero alienorum 3, 6, 102. hoc est vel iisd. saepius repetitis — vel diversis 9, 3, 51. ut sint (*figurae*) membris aequalibus 9, 3, 80.

XIV) *Partic. Fut.* *α*) spes in futurum innocenter victuri et in aliquo usu futuri 7, 4, 18. ex causis factorum vel futurorum 5, 10, 33. plerumque respondere futura praeteritis 3, 8, 66. de futuris deliberamus (*ap. judices*) 3, 4, 7; futurum, ut omnia verreret *Cic. in Verr.* 6, 3, 55. *β*) oratorem futurum 10, 1, 35. f. poëta, historiarum scriptor 3, 8, 49. futurae mox artis primordia 12, 10, 3. f. claritatem promiserint 3, 7, 11. laudem f. 12, 11, 29. f. secula 10, 1, 92. f. tempus 11, 3, 21; ne futurum quidem oratorem nisi virum bonum 12, 1, 3. *cf.* 42. cum praesertim bonos homines bonasque causas tuenti non sit metuendus ingratus: quodsi futurus, malo tamen ille peccet 12, 7, 11.

XV) *frequenter auditur.* *α*) *in sententiis primariis.* a) Haec conjecturalia 7, 1, 53. ex illis enim, qui non risere, hic (*sc. est*), quem non dignata 9, 3, 8. optimum ergo in his sequi maxime recepta 9, 1, 9. *cf.* 9, 4, 139. Ex historia etiam urbanitatem ducere eruditum 6, 3, 98; *cf.* 1, 10, 49 *Z.* Plures etiam eloquentiae facies 12, 10, 69. Ergo translativum genus causae (*Sp.* est), ut comparativum et mutuae accusationis 3, 6, 75 *Z.* multum ingenii in Coelio et praecipue in accusando 10, 1, 115. Judicatio (*Sp.* est), an potuerit 3, 6, 71 *Z.* Servus, cum manumittitur, libertinus 7, 3, 27. Finitio igitur (*Sp.* est) rei propositae propria *etc.* enuntiatio 7, 3, 2 *Z.* Iidem argumentorum loci in causis proditionis *etc.* 7, 2, 53. utrique parti totidem modi 8, 3, 89. Id enim tale (*Sp.* est) monstrum, quale Horatius fingit 8, 13, 60 *Z.* Pejor hac ὁμοιολογία, (*Sp.* est) *ib.* 52 *Z.* haec eloquendi observatio 8, 2, 22. *v.* Hic. nam omnis hic quaestio, an *etc.* 7, 4, 20. *cf. ib.* 5. 7, 1, 49. Spiritus etiam longior breviorque 11, 3, 15. circa propria ac differentia magna subtilitas 7, 3, 26. diversus tamen usus 8, 3, 17. *cf.* 4, 1, 21 *Z.* 7, 3, 25. quo plus quodque (*verbum*) spiritus habet, auditu pulchrius 8, 3, 16. in verbis sermonis vis 9, 4, 26; premere tumentia *etc.* duplicis operae 10, 4, 1. *cf.* 9, 4, 25. Illud prorsus oratoris 9, 4, 121. *cf.* 11, 3, 178. Reliqua jam aequitatis (*Sp. adj.* sunt) 7, 1, 62 *Z.* illud nimiae superstitionis 9, 4, 25; cum haec omnia fecerimus, felices tamen (*sc. erimus*), si — judex conceperit 11, 3, 3 *N.* b) *imprimis ap. Partic. Pass.:* Occisus (*Sp.* est), utrum ferro an igne? 6, 1, 18 *Z.* studendum semper et ubique 10, 7, 26. nec volubilitate nimia confundenda, quae dicimus 11, 3, 52. *cf.* 6, 1, 49. 7, 3, 27. 9, 4, 117. 11, 1, 65. *β*) *in sententiis pendentibus:* fuit igitur brevitas illa tutissima, quae ap. Livium in epistola ad filium scripta 10, 1, 39. *cf.* 7, 4, 35 *Z.* quod etiam, detractis ceteris virtutibus, suo genere plenum 12, 10, 59. Erit ergo obscurior etiam,

quo quisque deterior 2, 3, 9. justum omne continetur natura vel constitutione, quod secundum cujusque rei dignitatem (*sc. sit, quod dat a. l.*) 7, 4, 5 *N. cr.* si innocens, si bene meritus, si spes in futurum innocenter victuri et in aliquo usu futuri (*sc. est*) *ib.* 18. tempore vel diurno, cum testes plures; vel nocturno, cum major difficultas (*sc. est*) 7, 2, 44. *cf.* [5, 13, 27 *Z.*] 12, 1, 26. quis tam procul a literis, quin *etc.* 7, 1, 46. neque video, quae justior acquirendi ratio (*sc. sit*) 12, 7, 10. qui judicis animus, intuiti 10, 3, 15. rimari necessarium est, quae personae, quae tempora, quae loca, instituta *etc.* (*sc. sint*) 12, 8, 14. *cf.* 10, 1, 37. *ib.* 4 *N. v.* Quis. Luna globosa, an plana, an acuta (*sc.* sit) 7, 2, 6. majus Trojanum an Peloponnesium (*bellum sc. fuerit*) *ib.* 7. nec indocti *etc.* quaerunt, unde incipiendum (*sc. sit*) 10, 3, 16. *cf.* 7, 2, 3.

XVI) *in sententiis junctis aut semel ponitur, aut repetitur:* qui (*sensus*) non modo ut sint ordine collocati laborandum est, sed ut inter se vincti 7, 10, 16 *Z.*; Ex eo, quod manifestum est (*Sp. om.*), colligitur, quod dubium est 7, 8, 6 *Z.* quia ex hac natus est (*Sp. om.*), et haec meretrix est 7, 6, 3 *Z.* Quotiens non repellendum tantum erit (*Sp. om.*) crimen, sed etiam transferendum erit 4, 2, 26 *Z.*

Summa. I) α) *c. Genit.*: summa causae 1, 1, 23. 3, 6, 7. in ista controversia, cujus s. est, quod — occidit 9, 2, 42. s. criminis 4, 2, 10. nostri judicii s. 10, 1, 40. laboris nostri s. 4, 2, 127. s. operis Pr. 6. s. quaestionis 5, 13, 35. s. rei Pr. 5. 4, 1, 34. 5, 13, 55. 7, 4, 20 *Z.* 10, 3, 9. s. rhetorices 2, 16, 11. s. scientiae 8, Pr. 1; s. concitandi affectus in hoc est, ut *etc.* 6, 1, 15; oratoris est s. bene dicere 2, 14, 5. β) *per varios casus.* a) *opp. partibus:* s. celeriter comprehensa 10, 1, 48. hic totius rei summa constituta est 7, 4, 20 *Z.* ut breviter contraham summam 5, 10, 94. solet quaed. esse partium brevitas, quae longam tamen efficit summam 4, 2, 41. *cf.* 11, 3, 151. si breviter et dilucide summam rei indicaverimus 4, 1, 34. s. circa movendos affectus in hoc posita est, ut moveamur ipsi 6, 2, 26. quaed. partibus blandiuntur, sed in summam non consentiunt 4, 2, 90. *v.* Pars. scire in summam, quid acti sit *ib.* 21. in his, quae scripserimus, velut summas in commentarium et capita conferre 10, 7, 32 *v.* Commentarius; quantitas (*vocis*) simplicior, in summa (*a. l.* summam) enim grandis aut exigua est 11, 3, 15 *N. cr.* in summa sic maxime judex credit figuris, si nos putat nolle dicere 9, 2, 72. *cf.* 12, 8, 11. b) *opp. primordio:* medicus sanitatem aegro promittit: si tamen aut valetudinis vi *etc.* summa non contigit 2, 17, 25 *N.* defuisse ei s. illam, ad quam nemo propius accessit 12, 1, 20. huic studium et incrementum dederit utilitas, summam ratio et exercitatio 3, 2, 1. *v.* Incrementum. an ad initium summa referenda sit 5, 10, 72. *v.* Initium. quam cognoscere ad summam scientiae necessarium est 8, Pr. 1. quos (*libros*) per omnes artes ad summam ejus operis perducere Pr. 6. in quibus (*causis*) actor si circa summas trepidat 1, 10, 35. quorum accessio labori sensum incrementi non afferat, in summam ad infinitum usque perveniat 11, 2, 41. II) *in ratione nummorum:* exigua s. 5, 10, 19. totius summae creditorem *ib.* 117.

Summatim. s. attingam 10, 1, 44.

Summe. cujus naturam s. admiratus 10, 1, 70. malum virum s. disertum 12, 1, 23.

Sumministro. veluti tela ad manum sumministrabit 5, 7, 8. *cf.* 12, 3, 4 *N. cr.*

Summisse. s. loqui 6, 5, 5 *v.* Aspere.

Summitto. I) *proprie:* sive satisfacientes aut supplicantes summittimus (*sic Sp. locum constitui voluit*) sive adorantes attollimus (*manus*) 11, 3, 115 *Z.* fasces populo summittere 3, 7, 18; latum habentium clavum modus est, ut sit paulum cinctis summissior 11, 3, 139. II) *transl.*: *α*) *de hominibus:* abjectos aut summittentes se libenter allevamus 11, 1, 16. summittentem se ad mensuram discentium 2, 3, 7. ad utilitatem me summitto discentium 7, 1, 54; nos adversariis summittimus 6, 2, 16; in prooemiis plerumque summissi sumus 9, 4, 138. *β*) *de rebus:* in oratione multa summittere, variare, disponere 2, 12, 10. causas, in quibus confitendum, excusandum, summittendum sit, quod exponimus 4, 2, 62. ut illud lene aut ascendit ad fortiora, aut ad tenuiora summittitur 12, 10, 67. (*soni*) cum intentione summittenda sunt temperandi 11, 3, 42 *v.* Augeo. sit nonnunquam summittenda et contrahenda oratio 11, 1, 45. quando attollenda vel summittenda sit vox 1, 8, 1; *Partic.:* summissa lentas et ipsa sed minus exclamantes exigunt (*syllabas*) 9, 4, 137 *N.* (*sermo*) miscens elata summissis 11, 3, 43. actio s. 7, 4, 27 *v.* Satisfatio. s. adulatio 11, 1, 30. causae reorum tristes atq. summ. 11, 3, 153 *v.* Sublimis. summ. (*dicendi genus*) concitatis (*in causis*) 11, 1, 3. s. murmure 11, 3, 45. oratione s. *ib.* 9. in illo timido summissoque (*a. l.* demiss.) principio *ib.* 97. contractum atq. summ. (*principium*) *ib.* 48 *v.* Contraho. Erectus. lenis et summ. (*vox*) 11, 3, 63; lenior atq. summissior oratio 11, 1, 64. summissiorem quend. modum 3, 8, 48 *N.*

Summoveo. I) *proprie:* neque mulieris imago ullo casu poni potest, nec tyrannicidae ullo alio casu summoveri 7, 7, 5. II) *transl.:* summovendum est utrumque ambitionis genus 12, 7, 6. cum alia (*in causis*) jure summoveantur vel transferantur 12, 2, 15; libros tanquam subditos summovere familia 1, 4, 3 *Z.* sermonem a persona judicis aversum — quidam in totum a prooemio summovent 4, 1, 63. *cf.* 5, Pr. 2. a rep. summoveri 11, 1, 85.

Sumo. *α*) *c. Accus.* a) *proprie:* arma sumsisse 5, 10, 71. sume venenum 8, 5, 23. quarum orationes in manus sumserimus 10, 1, 22. b) *transl. imprimis in dicendo:* utrum volet sumat compositio 9, 4, 59. cum essent usi aliquo — sumerent aliud 10, 1, 7. quaed. adhuc vetera vetustate ipsa gratius nitent, quaed. et necessario interim sumuntur, *nuncupare etc.* 8, 3, 27. multa (*in declamationibus*) sumimus, ut videtur, aetates *etc.* 2, 10, 14 *N.* quod illic (*in disputatione*) interrogatur, hic (*in orat.*) fere sumitur 5, 11, 3. ars inventrix et judicatrix ejus, quod in quoque potest sumi persuasibile 2, 15, 21; unum paratum afferre, — alterum ibi sumere 12, 9, 19 *v.* Affero; si judicum sumerent animum 9, 2, 80. *cf.* 2, 2, 4. contradictionem sumere (*i. q. praesumere*) 11, 3, 163 *N.* velut novum sumet exordium 1, 12, 19. *v.* Exordium. velut repetito spatio sumit impetum 10, 3, 6 agendi initium secundum vires cujusque sumendum est 12, 6, 1. opus est locis (*in arte memoriae*), quae vel finguntur, vel sumuntur 11, 2, 21. sumere materiam controversiae 6, 4, 21. ut ex industria sumamus sententias quasd. 10, 5, 9. ut non breve saltem tempus — ad ea dispicienda sumamus 10, 7, 20; si quid tibi sumas, probandum est 12, 6, 5 *N. cr.;* inanima pro aliis generis ejusd. sumuntur 8, 6, 10. *β*) *c. Praepos. in:* elegiam in manus sumere 10, 1, 58; (*causas*) quas in argumentum sumet 7, 2, 35. ut Bagoam aliquem in exemplum operis sui sumerent sibi 5, 12, 21. *γ*) *c. loco, unde sumitur,* a) hinc sumtam libertatem

12, 2, 31. unde argumenta sumi possunt 5, 10, 23. b) *c. Praepos. ab:* ab iis (*Graecis*) sumtum 11, 3, 183. non a depulsione sumi (*statum*) 3, 6, 13. initium a tempestate sumserunt 8, 6, 50. verba, quae frequenter jus ab auctoribus sumunt 1, 4, 4. verbum sumtum ab obsoleta vetustate *etc.* 4, 1, 58. c) *c. Praepos. ex:* indicem ex bibliotheca sumtum 10, 1, 57. quantum sumere ex uno satis est 5, 7, 16. *cf.* 25. sumere illa ex poëtis 1, 5, 11. omnia ex hoc genere sumta 5, 11, 5. *cf.* 6. argumenta ex materia sumit 7, 4, 24. ex re sumitur (*consilium*) 6, 5, 4 *N.* ex his verborum copia sumenda est 10, 2, 1. sumtam ex conversatione doctorum tacitam eruditionem 6, 3, 17. pleraque (*exempla*) ex vetustate sibi sumat 10, 1, 34. *cf.* 5, 14, 7. virtus quosd. impetus ex natura sumit 12, 2, 1. sumta ex adverso probatio 9, 3, 90. sumtas ex iis partibus sententias 4, 3, 3. sumtus e proximo sermo 4, 1, 54. theses, quae sumuntur ex rerum comparatione 2, 4, 24. verba ex medio sumta 5, 7, 31. proprias vires ex omnibus sumit 1, 10, 6.

Sumtuosus. s. fuit 5, 10, 48.

Supellex. infelix s., quae, sicut ap. pauperes ambitiosos, pluribus et diversis officiis conteratur 2, 4, 29. qui copiosam sibi verborum supellectilem comparavit 8, Pr. 28.

Super. I) *de loco:* s. caput — corvum sedisse 2, 4, 18. sol est s. terram 5, 8, 7. s. quod (*brachium*) ora ex toga duplex aequaliter sedeat 11, 3, 141. quidquid hoc est in me infelicium literarum s. immaturum funus — flammis injicere 6, Pr. 3. II) *transl. i. q. praeter, ultra:* super omnia perit illa — modestia 12, 9, 12. indecorum est s. haec omne nimium 11, 1, 91. s. modum ac paene naturam 11, 3, 169. s. necessitatem 9, 3, 46. vox non — paene tragoedorum sed s. omnes tragoedos 12, 5, 5.

Superbus. ipsum dicendi genus nihil superbum, nihil elatum saltem ac sublime desideret 6, 2, 19. *v.* Petulans; sup. (*actio*) 5, 13, 20 *N.* idem dictum saepe in alio liberum, in alio furiosum, in alio sup. est 11, 1, 37. exitum sup. *opp.* miserabilem 4, 1, 29. s. nomine 12, 2, 9. motu — remissi, superbi *etc.* fiunt (*oculi*) 11, 3, 75; mediocritas praeceptoris, cum ad intellectum *etc.* facilior, tum ad suscipiendas elementorum molestias minus sup. 2, 3, 1.

Supercilium. vidi multos, quorum supercilia ad singulos vocis conatus allevarentur, aliorum constricta, aliorum etiam dissidentia, cum altero in verticem tenderent, altero paene oculus ipse premeretur 1, 11, 10 *N.* Multum et superciliis agitur. Nam et oculos formant aliquatenus, et fronti imperant. His contrahitur, attollitur, demittitur *etc.* 11, 3, 78. Vitium in superciliis, si aut immota sunt omnino, aut nimium mobilia, aut inaequalitate dissident, aut contra id, quod dicimus, finguntur. Ira enim contractis, tristitia deductis, hilaritas remissis ostenditur. Annuendi quoque et renuendi ratione demittuntur aut allevantur. *ib.* 79. superciliis astringere (*vultum*) *ib.* 160. altero erecto, altero composito s. *ib.* 74.

Superfluo. in his nihil superflueret, illis judicium maxime ac modus deesset 12, 10, 16. *v.* Desum. fortuiti sermonis contextum, quem jurgantibus etiam mulierculis superfluere 10, 7, 13; neo, quae dicentur, superfluent (*al. l.* perfluent) aures 2, 5, 13 *N. cr.*

Superfundo. superfusam humoris copiam 1, 2, 28.

Supergredior. omnem laudem supergressa (*mater*) 6, Pr. 8.

Superimpono. superimposita manus 1, 1, 27.

Superinduco. adjiciunt superinducti corporis speciem 5, 8, 2 *N. cr.*

Superjectio. decens veri s. 8, 6, 67 *N.*

Superlatio. superl. veritatis et trajectionem *Cic.* 9, 2, 3. *cf.* 9, 1, 29. (*utroque loco oppt. Codd.* supral.) [in superlationem quoque erigetur (*orator*) 12, 10, 62 *N. cr.*]; (*soloecismus*) per superlationes 1, 5, 45.

Superlatus. translata, superlata *etc.* (*verba*; *a. l.* supral.) 8, 3, 43.

Supero. turpe ducet cedere pari, pulchrum majores superasse 1, 2, 21. priores superasse, posteros docuisse 10, 2, 28. qui praecisis conclusionibus obscuri Sallustium atq. Thucydidem superant *ib.* 17; hunc nemo in magnis rebus sublimitate, in parvis proprietate superaverit 10, 1, 46. *cf.* 12, 10, 23; qui insidias virtute superasset 11, 1, 40. ipsam vim dicendi (*pictura*) nonnunquam superari videatur 11, 3, 67.

Superpono. *in dicendo i. q. ultra adjicio:* quia interim plus valent ante gesta, ideoque levioribus superponenda sunt 9, 4, 25 *N.* summum est enim — huic deinde aliquid superpositum (*a. l.* suprap.) 8, 4, 6.

Superstes. s. omnium meorum 6, Pr. 4. [s. parens tantum ad poenas *ib.* 13.] liberis superstitibus (*Abl. abs.*; *Sp. adj.* oblectabar) *ib.* 6 *Z.*

Superstitio. ut a religione superst. distat 8, 3, 55. s. Judaica 3, 7, 21 *N.* illud nimiae superstitionis (*sc. est*) 9, 4, 25. somniorum et superstitionum colores 4, 2, 94 *N.* metus superstitionis 12, 2, 3; quod novas sup. introduceret 4, 4, 5; superstitione constricti 12, 2, 26. velut quad. sup. imbutus 3, 1, 22. qua tanta sup. prohibemur 4, 1, 64. superstitione praeceptorum contra rationem causae trahi 4, 2, 85.

Superstitiose. hoc adeo s. fieri 1, 1, 13. non s. cogitatis demum est inhaerendum 10, 6, 5.

Superstitiosus. ἤθη in scholis, quibus plerumque superstitiosos *etc.* effingimus 6, 2, 17.

Superstruo. quidquid superstruxeris, corruet 1, 4, 5.

Supersum. superfui 1, 5, 68. α) amoliamur cetera, ut hoc solum supersit 9, 2, 7. *cf.* 7, 1, 31. quae si detrahas, id fere supererit 3, 8, 60. vitium erit, quotiens otiosum fuerit et supererit, non cum adjicietur 8, 3, 55. si quid superfuerit 2, 4, 4. quantum supersit 4, 5, 23. duo, quae sola supererant 11, 1, 62; quamdiu quilibet unus superfuerit 5, 10, 117. superest adhuc et exornat aetatis nostrae gloriam vir *etc.* 10, 1, 104 *N.*; cum tanto plura exempla bene dicendi supersint, quam illis — contigerunt 10, 2, 28. si nuda infitiatio superest 5, 13, 7. si — actionis supererit locus 6, 1, 6. adhuc opus superest 6, 2, 1. cum oratio tota superest 6, 1, 10. non ita difficilis supererit quaestio 2, 5, 18. ea tempora, quae supersunt 12, 11, 18. quod superest vocis 11, 3, 16; *in continuanda oratione:* Superest lectio 1, 8, 1. *cf.* 6, 3, 84. Supersunt, qui de philosophia scripserint 10, 1, 123. *cf.* 104 *N.* β) *c. Dat.:* et vocis felicitas *etc.*, omnia denique ei superfuerunt 10, 1, 119. consilio locus superest 5, 14, 27. huic rei superest tempus 1, 8, 5. satius est aliquid orationi superesse quam deesse 4, 2, 44. *v.* Desum. hinc quoque exclusis excusatio superest 7, 4, 14 *Z.* γ) *c. Praepos.:* nihil supererit ad demonstrandum 5, 10, 56; ne quid in ea (*propositione*) desit, ne quid supersit 4, 5, 27. quod superesset ex vita, quam quod praeterisset 11, 1, 10; *in transitu:* Superest ex his, quae aliter significant, μετάληψις 8, 6, 37. δ) *seq. ut:* superest, ut dicam 12, 10, 1. quid superest, nisi ut te puniri oporteat 4, 4, 4. *cf.* 7, 1, 32. victo superest, ut tueri se possit 7, 2, 16.

Superus. I) *Compar. de loco:* α) in superiora jactetur 11, 3, 119. β) *de tempore:* paululum tempore nostro superiores 8, 3, 25. *cf.* 2, 15, 32. paulum superiores 1, 7, 21. s. nuptiae 4, 2, 105. γ) *de ordine:* accedit superioribus adjectio 1, 4, 20. *cf.* 4, 1, 19. 9, 3, 97. confugiendum est in duobus superioribus ad aliquam dissimilitudinis causam 5, 2, 3. et hoc exemplum et superius 9, 3, 50. superiore libro 11, 1, 1. *cf.* 9, 4, 23. locus conjunctus superiori 9, 1, 1. translatione ad septem superiores (*partes*) adjecta 3, 6, 55. s. quaestio 2, 1, 8. δ) *de dignitate:* nec superior successu curam remittebat, et dolor victum — concitabat 1, 2, 24. adv. inferiorem, parem, superiorem 5, 12, 7. *v.* Humilis; sublime quidd. impatiens superioris 11, 1, 16. paulatim et superiorum spes erit 1, 2, 29. haec amplificatio in superiora tendit *opp.* incrementum ex minoribus petit 8, 4, 9. vult Celsus esse aliquam et superiorem (*Sp. conj. superbiorem*) compositionem 9, 4, 137 *N.* ita superiore loco quisque declamabat, ut praecedere profectu videbatur 1, 2, 23. II) *Superlat.* α) *de tempore:* suprema judicia 6, 3, 92. ut me in supremis consolatus est 6, Pr. 11. β) *de ordine.* a) *loci:* summo articulo 11, 3, 95. s. digitis *ib.* 124. *cf.* 103. pars summa capitis 8, 2, 7. s. pectore 11, 3, 145. quattuor primis leviter in summum coëuntibus digitis *ib.* 96. a summis ad ima rigeas opus 2, 13, 9; radices, quae illam (*vitem*) in summum solum ducant *opp.* inferiores 10, 7, 28. illas figuras Epicuri, quas e s. corporibus dicit effluere 10, 2, 15. *cf.* 1, 3, 5; *i. q. extremus:* duodecimo libro, qui summus futurus est 3, 8, 43. *cf.* 9, 4, 146. hyperbolen s. loco posui 8, 6, 67. *cf.* 7, 1, 10. ea in prima parte actionis dicit, quae sunt in summa profutura 10, 1, 21. *cf.* 4, 2, 112. *v.* Primus. epiphonema rei narratae vel probatae s. acclamatio 8, 5, 11. expositioni, quae solet in argumentis esse s. collectio 4, 4, 2. mediumque — unguem pollicis summo suo jungens 11, 3, 101 *N. cr.* quia et initio movendus sit judex, et summo (*intellige loco*) impellendus 7, 1, 10. b) *sonorum:* ab ima (*voce*) ad summam ac retro multi sunt gradus 11, 3, 15. *v.* Inferus. γ) *de dignitate.* a) *Neutr. simpliciter., Sing.:* non id, quod natura hominis summum habet, consecutos 12, 2, 18. quem finem vel quid summum et ultimum habeat rhetorice 2, 15, 38. affectum cum ad summum perduxerimus 6, 1, 29. *v.* Superpono. per id venitur non modo ad summum sed interim quodammodo supra summum 8, 4, 3. evademus in summum 12, 11, 30. perductae in s. artes *ib.* 28. desinit in adversa niti, qui pervenit in summum 12, 10, 78. supra s. adjectio 8, 4, 6. profectus non a summo petitus 10, 3, 2; *adverbial.:* tres summum (*a. l.* ad s., *al.* solummodo) videntur 5, 14, 6 *N. cr.; Plur.:* qui summa (*a. l.* summam) non appetunt 10, 2, 9. illum, de quo summa conceperam 6, Pr. 2. etiamsi quis summa desperet 12, 11, 26. qui ad s. nitentur Pr. 20. perveniri ad summa nisi ex principiis non potest 10, 1, 4. b) *c. Subst.:* s. artifices 9, 3, 100. 11, 1, 85. summi enim sunt, homines tamen 10, 1, 25. s. imperatores Pr. 14. *cf.* 12, 11, 23 *Z.* longe omnium s. imperatorem 12, 11, 3. s. suae aetatis philosophus 1, 1, 23. s. in eloquentia virorum 1, 6, 2. *cf.* 1, 11, 17. s. ingenia 10, 1, 122; ars s. 2, 19, 3. 5, 7, 15. s. auctoritas 3, 4, 1. s. bonum 12, 2, 24. s. clamoribus 12, 8, 3. s. confusio 3, 6, 29. s. consilio 6, 5, 4. s. crimen 3, 7, 24. s. diligentia 10, 1, 113. *v.* Nimius. s. difficultatem 6, 3, 6. 11, 1, 60. s. dignitas 2, 16, 8. s. discrimine 8, 4, 22. s. dissensio 3, 6, 22. s. facundiam 12, 10, 64. in summo genere aut in succedentibus 3, 6, 39. 41. *cf.* 7, 4, 1. s. gradus 11, 3, 166. s. gratia 6, 3, 26. s. infirmitas 2, 4, 28. honoribus s. 11, 1, 10. s. invidiam 8, 4, 19. s. labore 2, 4, 17. s. manus Pr. 4. s. opinionem

10, 5, 18. s. nefas 9, 2, 80. s. paupertas 12, 10, 34. s. quaestio 7, 1, 22. 27. s. de rebus 10, 1, 29. s. senectutis 12, 11, 21. urbanitas ejus s. 10, 1, 117. s. virtus 12, 1, 18. s. vis 2, 16, 9. 12, 10, 77. s. viribus 5, 1, 2. s. voluntate 9, 2, 35. *v. singula Nomina.*

Supervacuus. *α) simpliciter:* palam supervacua 5, 13, 16. utique supervacua 2, 4, 32. cetera esse sibi s. 2, 2, 15. carentem supervacuis eloquentiam 12, 10, 64. *v.* Communis. Necessarius. nihil fecit altero supervacuum 4, 5, 12. *cf.* 5, 13, 18. qui dicit, Ego non occidi, habet reliquam partem, ut dicat, Tu occidisti: at, qui dicit, Tu occidisti, supervacuum habet postea dicere, Ego non occidi 7, 2, 21; quod quidem cum supervacuum est, tum incommodum aliquando 1, 7, 16. *cf.* 34. Nisi forte in carminibus tantum et in canticis exigitur structura quaed. *etc.* vocum, in agendo supervacuum (*Sp.* supervacua) est 1, 10, 23 *Z.* sine quo supervacua sunt priora 8, Pr. 15. alioqui etiam scribere sit supervacuum 11, 2, 45. *β) c. Nominibus:* supervacua erat doctrina, si natura sufficeret 2, 8, 8. *cf.* 1, 4, 22. supervacuus foret — longior labor, si nihil liceret melius invenire praeteritis 3, 6, 65. *cf.* 5, Pr. 4. supervacua videntur cura ac labor 2, 2, 10. *cf.* 1, 8, 18; finitio sup. et nihil ad causam pertinens 7, 3, 20. s. operositas 8, 3, 55. s. temporis 11, 2, 35. s. verbis oratio oneratur 8, 3, 53. *cf.* 9, 3, 46.

Supervenio. aliud majus alio supervenit 9, 4, 23.

Supinitas. est odiosa omnis sup. 11, 3, 122 *N.*

Supino. manus modice supinata 11, 3, 100. *cf.* 119.

Supinus. I) *proprie:* stare supinum 11, 3, 60. dejecto (*capite*) humilitas et supino arrogantia ostenditur *ib.* 69. cervicem s. *ib.* 82 *v.* Rectus. s. manus *ib.* 99 *v.* Pronus. s. vultus 1, 11, 9. II) *transl.:* otiosi et supini (*oratores*) 10, 2, 17 *N.* *v.* Securus; tarda et sup. (*compositio*) 9, 4, 137. si haec quoque jam lenius supina perseverantibus studiis evaseris 12, 10, 79.

Suppedito. *i. q.* suppeto: cum inoffensa atq. indubitata litterarum inter se conjunctio suppeditare sine ulla cogitandi saltem mora poterit 1, 1, 31. licet satis exemplorum ad imitandum ex lectione suppeditet 2, 2, 8. suppeditabat tempus 1, 12, 14.

Suppleo. suppleat, quae desunt 10, 2, 28 *v.* Destim. Substringo.

Supplex. s. manus 6, 1, 42. si genus dicendi minax supplicibus in causis adhibeamus 11, 1, 3.

Supplicatio. supplicationes, qui maximus honor victoribus bello ducibus datur, in toga meruit 2, 16, 7. cum supplicio afficiendum dicas, quem supplicatione dignum judicaris 9, 3, 68 *N.*

Supplicium. in ipso *l.* 4, 2, 114. petitur ad suppl. 7, 6, 6. inter ipsa verberum supplicia 11, 1, 40. *v.* Supplicatio.

Supplico. non supplicant (*manus*; *Sp. conjic.* spernunt)? 11, 3, 87 *N.* supplicamus (*manibus*) *ib.* 86. sive satisfacientes aut supplicantes summittimus (*manus*) *ib.* 114 *Z.* pro capite suo supplicantem 6, 1, 25. cum posito genu supplicandum est 9, 4, 11.

Supplosio. pedis s., ut loco est opportuna, in contentionibus aut incipiendis aut finiendis: ita crebra inepti est hominis, et desinit judicem in se convertere 11, 3, 128. motum corporis, qui et ipse — oratorem

pedis supplosione, sicut cauda leones facere dicuntur, hortatur 10, 7, 26.

Suppono. suppositos capiti libros 1, 10, 17.

Supprimo. supprimitur vox 8, 3, 85. *v.* Abscido.

Supra. I) *Adverb.:* qui s. sunt (*digiti*) 11, 3, 98. extollat id, quod s. positum est 8, 4, 9 *v.* Infra; s. demonstravi 11, 3, 159. quemadmodum s. dixi 3, 11, 18. propter quas dixi s. causas 3, 8, 59. s. dicta 1, 5, 1. *cf.* 12, 10, 7; *de exiguo intervallo:* de quibus s. dictum est 1, 5, 41 *N.* ut s. dixi 9, 3, 41 *N. cf.* 2, 1, 10 *N.* cujus s. habuimus mentionem 8, Pr. 13. ut s. ostendi 9. 2, 65. quae s. probavi 9, 4, 100 *v.* Probo. de quibus s. scripsimus 5, Pr. 4. *cf.* 7, 4, 15. ut supra 5, 10, 44. II) *Praepos. α)* tolli manum s. oculos 11, 3, 112. sinus si aliquanto s. imam togam fuerit *ib.* 140. *β)* diligentia ac decor in Polycleto s. ceteros 12, 10, 7. nihil in poëtis s. Livium Andronicum; nihil in historiis s. Pontificum annales haberemus 10, 2, 7. multum s. prosam orationem surgit 10, 1, 81. mollis s. modum frontis 6, 4, 11. se s. modum extollit 11, 1, 16. s. modum elatus 12, 10, 39. s. naturam 9, 4, 19. s. spem aut expectationem 3, 7, 16. s. summum adjectio 8, 4, 6. s. verum 12, 10, 8. *cf.* 9, 2, 33. s. quod nihil est 8, 4, 5. s. quam enarrari potest eloquentem 10, 1, 101; illic contra scriptum dicitur, hic *in syllogismo* supra scriptum 7, 8, 1 *N.*

Surculus. des mihi surculum ex illa arbore, ut inseram 6, 3, 88.

Surdus. s. *etc.* (*vox*) 11, 3, 32. surdum quidd. et barbarum efficiat 12, 10, 28.

Surgo. I) *proprie:* cum ad dicendum ipsi surgerent 2, 6, 2. nolo eum, qui dicturus est, solicitum surgere 12, 5, 4. vix surgendi mora 2, 4, 15 *S.* fontes surgentes 8, 3, 8. surgentia in altum cacumina oleae *ib.* 10. II) *transl.:* multum supra prosam orationem surgit 10, 1, 81.

Surrepo. dissimulata actio melius saepe surrepit 4, 1, 60. insinuatio surrepat annis *ib.* 42. ita surrepetur animo judicis 4, 5, 20.

Surripio. I) *proprie:* pecuniam — surripuisti 5, 10, 66. duo surripuerunt pariter decem millia 7, 6, 2; rem sacram de templo surripere 7, 3, 10. *cf.* 21. quia de templo surrepta sit pecunia *ib.* 22. II) *transl.:* surripere hanc transgressionem, et judicem fallere 4, 1, 78 *N.* quo loco quasi surripiendus est (*spiritus*) 11, 3, 39.

Sursum. *v.* Deorsum.

Sus. quis nos ferat, si Verrem suem nominemus? 8, 6, 37.

Suscipio. I) *proprie:* cicatrices, quas is pro patria pectore adverso suscepisset 2, 15, 7. *v.* Cicatrix. II) *transl. α)* ideo a se parasiti personam esse susceptam 4, 2, 95; ad curam semel susceptorum adolescentium 11, 1, 55. susceptos a se discipulos 2, 5, 1. litigator susceptus 2, 12, 4. qui temere nocentes reos susciperet 11, 1, 74; si docendum pancratiasten susceperit 2, 8, 13. quos erudiendos susceperit *ib.* 1. si tuendum susceperit (*reum*) 12, 1, 40. *β)* suscipiendi (*causam*) ratio justissima 12, 9, 7. orator bene suscipiat tale causae genus 12, 1, 39 *v.* Recipio. Causa. suscepisse inimicitias 6, 1, 22. gravissima judicia susceperint 12, 6, 1. quo minus susceptam litem dimittat 12, 7, 6. ad suscipiendas elementorum molestias 2, 3, 1. quam (*mortem*) praestantissimo suscepit animo 12, 1, 17. susceperunt negotia 12, 9, 8. ille suscepisset hoc officium 1, 1, 23. plus quam imponebatur oneris sponte suscepi Pr. 3. *cf.* 10, 2, 18. in suscipiendis periculis 12, 1, 17 *v.* Pro-

video. pro parte suscepta 7, 2, 55. a suscepta semel persuasione discedere 12, 2, 26. III) *c. vi succedendi:* ad quod ille quidem conticescit, sed sermonem suscipit Polus 2, 15, 28. quotiens ultima esset (*lit. S*), aliaque consonante susciperetur 9, 4, 38. quaed. clausulae — sequentibus suscipi ac sustineri solent *ib.* 70. *v.* Relinquo.

Suspectus. *α*) *de personis:* ne suspecti simus illa parte 4, 1, 56. ut suspectus judici fiat 5, 7, 19. in suspecta nuru 9, 2, 69. cum is in quad. causa suspectus esset 6, 3, 96. *β*) *de rebus:* unde nihil suspecti fiat 5, 7, 27. ut, quae suspecta erant, certa videantur 5, 9, 10. non manu facta et arte suspecta magistrum fateri ubique videantur 5, 14, 32. minus suspecta argumentatio dissimulatione 5, 14, 35. suspectam facit judici causam 5, 13, 51. *cf.* 11, 1, 74. s. facilitatem 10, 3, 7. quo — minus s. insidiae forent 12, 9, 5; promissum suspectius 5, 7, 14.

Suspendo. I) *proprie:* dexter (*pes*) summis digitis suspenditur 11, 3, 125 *v.* Attollo; pater — suspendit se 7, 3, 31. quod uxor sua e fico sese suspendisset 6, 3, 88. II) *transl.:* cum diu suspendisset judicum animos 9, 2, 22. quo loco sustinendus et quasi suspendendus sermo sit 11, 3, 35. *cf.* 36. suspendere spiritum 1, 8, 1; una spe suspensos recordationis 10, 6, 6. suspensa ac velut dubitans oratio 10, 7, 22.

Suspicio. si omnis — susp. sordium, aut odiorum, aut ambitionis abfuerit 4, 1, 8. adjicienda ratio alicujus suspicionis 11, 1, 76. cujus rei cavenda maxime s. 9, 4, 143. s. calliditatis effugienda 4, 2, 126. levare suspicionem *ib.* 81. mittere in plura (*Sp.* plurimas) suspiciones *ib.* 92 *N. cr. et S.* suspiciones spargere quam maxime varie 7, 2, 12; res ipsae perducant judicem ad suspicionem 9, 2, 71. per quand. credibilem s. 9, 2, 90. in quo per quand. s., quod non dicimus, accipi volumus *ib.* 65. *cf.* 6, 3, 88. a reo nihil dici contra praeter aliquas fortasse s. potest 7, 2, 12. carendum est non solum crimine turpitudinis, verum etiam suspicione 2, 2, 14. *cf.* 4, 2, 96. *v.* Opinio.

Suspiciose. quae cum accusator s. narret, reus levare suspicionem debeat 4, 2, 81.

Suspicor. quae facimus patiendi modo dicere, ut suspicor 9, 3, 7. summum nefas suspicatus de uxore 9, 2, 80; quem suspicabatur et ipsum aliquid injuste rogaturum 6, 3, 95. Hominem occisum esse constat; non in solitudine, ut a latronibus suspicer 7, 1, 33. *cf.* 7, 2, 25. ex loco tumuli suspicari, non esse monumentum 7, 3, 34.

Suspiratio. suspiratione solicitudinem fateri 11, 3, 158.

Sustentatio. *fig. ap. Cels.* 9, 2, 22.

Sustento. per omnes difficultates animo me sustentavi 12, Pr. 1.

Sustineo. I) *proprie:* e manibus utrinque sustinentium pendent 1, 2, 7. manibus sustineri 11, 3, 132; spiritum sustinentes 9, 4, 68. quo loco sustinendus sermo sit 11, 3, 35 *v.* Suspendo., quaed. clausulae sequentibus sustineri solent 9, 4, 70 *v.* Suscipio. Firmo; mutuo auxilio sustinentur 5, 12, 4. corpora, quae aspectu integra, nervis parum sustinentur 11, 3, 55. II) *transl.:* quamlibet imbecilla frons magna conscientia sustinetur 12, 5, 4. quoniam omnes, qui non improbe litigabunt, sustinere non potest unus, aliquid et commendantium personis dabit 12, 7, 5; sustinere tot mala 8, 4, 21. majore numero, quam sustinere possit, se onerabit 10, 5, 22. epici carminis onera lyra sustinentem 10, 1, 62 *v.* Onero; non sustineo esse conscius mihi dissimulati judicii

mei 3, 6, 64. quis — sustineat petulans esse ad alterius arbitrium 12, 9, 10.

Suus. I) *ad Subj. pertinet.* α) quod in quoque optimum est — suum facere 10, 2, 26. sua confirmare, et quae ex adverso proponerentur, refutare 5, Pr. 2. solvit quaed. sua in Oratore Cic. 9, 4, 14. quae tum audiet, ingenue pro suis dicere 12, 3, 3; reclinari ad suos 11, 3, 132. β) qui sua quoque confessione oratores esse non possunt 12, 3, 9. ut sequi jam s. viribus possit 10, 1, 15. remissius et pro s. ingenio pater Gallio 9, 2, 91. Aristoteles quaed. subtilitatis suae argumenta excogitavit 2, 17, 14 haec ipsa discriminis sui ignorantia potuit esse miserabilis 6, 1, 47. nec semper illis Heroo aut Paeone suo uti licebit 9, 4, 89. cum quereretur de filio suo, quod mortem suam expectaret 9, 3, 68. Juba querenti, quod ab equo suo aspersus esset — inquit 6, 3, 90. quale illud ap. Cic. querenti, quod uxor sua e fico sese suspendisset 6, 3, 88. quo animo (*dederit*), id est, num in aliquam spem suam 7, 4, 23. interrogavit de quod. suo antisophiste 11, 3, 126. infantem suam (*i. e. quam transtulerat*) frigidissime reportavit 6, 1, 39; studia non jam in suo actu versantur 12, 2, 8. nec suo nisu studiis insistunt 1, 12, 10. suos haec operum genera amatores habent 12, 10, 2. sensus omnis habet suum finem 9, 4, 61. quod etiam detractis ceteris virtutibus suo genere plenum 12, 10, 59. *v.* Genus. quod reddetur suo loco 8, 3, 85 *v.* Locus. in partes suas digerenda (*causa*) 11, 1, 6. II) *ad alium Casum pertinens i. q. proprius:* nihil horum suis verbis quam his arcessitis magis proprium erat 8, 6, 7. *v.* Locus. sua brevitati gratia, sua copiae 10, 5, 8. quibus omnia sua placent 10, 3, 12 *v.* Omnis. cum dicturis tanti suae (*actiones*) non sint 12, 8, 4. quibus omnibus debetur suus decor 11, 1, 41. quae non habentibus nomen suum accommodat 8, 6, 34. dabuntur et illis tum quoque s. tempora 2, 1, 13. *cf.* 3, 1, 21. 6, 1, 54. 9, 3, 54. de ordine laudis *etc.* praecipiemus s. tempore 2, 4, 21. etiam cum judicium meum ostendero, suum tamen legentibus relinquam 9, 4, 2. ut adversariorum dicta cum sua confirmatione referamus 5, 13, 27. quae non suis verbis exposui 5, 11, 13. est et in nominibus ex diverso collocatis sua gratia 9, 3, 86; quae sua cujusque sunt ingenii (*sed praeferendum videtur Amb.* 1. quae sui sunt cujusq. ing.) 7, 10, 10. sua cujusque rei appellatio 8, 2, 1. sua cuique proposita lex, suus cuique decor est 10, 2, 22. *v.* Quisque.

Syllaba. α) *c. Adj.:* ultima s. nec acuta unquam excitatur, nec flexa circumducitur 12, 10, 33. *cf.* 1, 5, 22. 32. 62. ut syllabae e literis melius sonantibus clariores sunt, ita verba e syllabis magis vocalia 8, 3, 16. neque enim loqui possumus, nisi syllabis brevibus ac longis 9, 4, 61. et longis longiores et brevibus breviores sunt s. *ib.* 84. acres (s.), quae ex brevibus ad longas insurgunt; leniores, quae a longis in breves descendunt 9, 4, 92. longis s. magis stabiles (*pedes*) *ib.* 83. duras s. facit (Q) 12, 10, 30. summissa lentas et ipsas sed minus exclamantes exigunt (s.) 9, 4, 137. longae per se et velut opimae s. *ib.* 36. paribus s. 9, 3, 79. asperrime coëuntibus inter se s. 1, 1, 37. sive cum s. correpta producitur — seu longa corripitur 1, 5, 18. *v.* Produco. aut correptis aut porrectis s. 1, 6, 32 *v.* Litera. easd. literas enuntiare veris s. 1, 5, 18; ne syllabae verbi prioris ultimae sint primae sequentis 9, 4, 41. *cf.* 33. 109. 1, 5, 30. *palus* aliud priore s. longa, aliud sequenti, significat 1, 7, 3. *v.* Prior. secunda s. 1, 6, 21. 32. 12, 10, 57. brevi media s. 1, 6, 4. *cf.* 7. extrema s. 1, 6, 4. *v.* Exter. β) *per varios Casus:* quibus quaeque s. literis constet 1, 7, 1. nisi quis

putat etiam ex tribus vocalibus syllabam fieri 1, 4, 10. nulla me s. effugiat 11, 2, 45. s. nostrae in B literam et D innituntur aspere 12, 10, 32; (*voces*) quae sunt s. unius 1, 5, 31. plurium s. verbis 9, 4, 66. clausula unius s. 8, 3, 20. coitus syllabarum 9, 4, 59. s. copulatio 8, 3, 16; syllabis nullum compendium est 1, 1, 30; si acuitur prima (*s.*) 1, 5, 23. breviavit secundam ejus nominis s. 12, 10, 57. pes tris s. non videtur excedere 9, 4, 79. *dixti* excussā syllabā 9, 3, 22. quinae s. nectuntur 9, 4, 65. perpendendis s. *ib.* 112. intra paucas s. *ib.* 72. quam ex duabus s. in unam cogentes et deinde flectentes 1, 5, 23; cum singulis paene s. commorandi 8, Pr. 31. cum constent quattuor pedes binis s. 9, 4, 80. *cf.* 136. extremis s. consonans 9, 3, 75. ipsis s. verba complecti 1, 1, 32. *v.* Litera.

Syllogismus. syllogismos (*Sp.* — mus) 3, 6, 43. 77. 88. 103. s. habet aliquid simile scripto et voluntati, quia semper pars in eo scripto nititur: sed hoc interest, quod illic dicitur contra scriptum, hic supra scriptum 7, 8, 1. *v.* Scriptum. syllogismon (*Sp.* — mum) 3, 6, 99. s. imperfectus 5, 10, 3. 5, 14, 1. oratorius s. 5, 14, 24. rhetoricus s. 1, 10, 38. 9, 4, 57. s. qui est maxime qualitatis 3, 6, 88. quin et contrariae leges et ratiocinativus status, id est, syllogismos — aequo nitantur 3, 6, 43 *Z.* *cf.* 7, 10, 1 *seqq.* epichirema nullo differt a syllogismo 5, 14, 14. prior (*status*) syllogismon habet 3, 6, 99 *Z.* in syllogismo tota ratiocinatio ab eo est, qui intendit *ib.* 15 *N.* quarum omnium tractatus versatur in syllogismis 5, 10, 88. (*exemplum syllogismi*) 3, 6, 77 *N.*

Syllogisticus. statum syll. ratiocinativum appellat *Cic.* 5, 10, 6.

Symposion. Plato in symposio 8, 4, 23.

Synaloephe. s. facit, ut duae ultimae syllabae pro una sonent 9, 4, 109.

Synecdoche. haec variare sermonem potest, ut ex uno plures intelligamus *etc.* 8, 6, 18. 19. est huic tropo (*i. e. metonymiae*) quaed. cum synecdoche vicinia *ib.* 28.

Syntonus. syntonorum modis saltitantes 9, 4, 142 *N.*

T.

T. *v.* D.

Tabella. relinquendae in utrolibet genere contra erunt vacuae tabellae 10, 3, 32. *v.* Abies. (*literas*) tabellae quam optime insculpi 1, 1, 27.

Tabellarius. cras, inquit, tabellarii (*Ellipsis*) *Cic.* 9, 3, 58.

Taberna. tabernae erant circa forum 6, 3, 38.

Tabernaculum. t. ducis augurale 8, 2, 8 *N.* *cr.* ex tabernaculo eduxit (*in jus*) 7, 8, 6. in tabernaculo uti exercitatione dicendi 10, 7, 27.

Tabula. I) *ad pingendum:* depictam in tabula sipariove imaginem rei 6, 1, 32. describere tabulas mensuris ac lineis 10, 2, 6. artifices plura in unam tabulam opera contulerunt 8, 5, 26; *de pictura:* tab., qua Timanthes Coloten vicit 2, 13, 13. *v.* Signum. II) *Plur. de scriptis.* *a*) *ad probandum:* tabulae (*probationes inartificiales*) 5, 1, 2. contra tabulas quoque saepe dicendum est, cum eas non solum refelli, sed etiam accusari, sciamus 5, 5, 1. quae testimonia tabulaeve in actione recitandae, quae reservandae 7, 10, 13. ea (*testimonia*) dicuntur

aut per tabulas aut a praesentibus 5, 7, 1. nemo per tabulas dat testimonium, nisi sua voluntate *ib.* 2. non in tabulis esse jus 5, 10, 118. an in tabulis, quas proferebat, chirographus esset 6, 3, 100 *N.* De tabulis 5 Cap. 5. *β*) *legum:* in tabulis XII. 3, 6, 84. *v.* Duodecim. *γ*) *i. q. testamentum:* secundum tabulas testamenti 5, 14, 15. ante diem tabularum 5, 10, 44. mutare tabulas 5, 12, 5. sperans aliquid ex mutatione tabularum 6, 3, 92 *N.*

Taceo. I) *α*) *simpliciter:* cum loqui non posset, tacere non poterat *Cic.* 8, 5, 18. illic judex tacet 12, 6, 5. *β*) *c. Obj.:* non tacebo, quid ipse sentiam 5, 13, 60. illa quid taceat, incertum est 9, 3, 60. callide quid tacuisse 5, 13, 41. cum id in contextu sermonis, quod tacetur, accipimus 8, 6, 21. *cf.* 6, 3, 9. *v.* Accipio. in narratione — aliqua etiam tacenda 4, 2, 67. *cf.* 10, 7, 28. *γ*) *c. Praep. de:* Taceo de Tuscis et Sabinis *etc.* 1, 5, 56. *cf.* 1, 2, 13. ut taceam de futuris 5, 1, 3. ut de Homero taceam —, Gorgias quoque jubebat 12, 11, 21. *cf.* 10, 1, 47. 12, 8, 2. si id, quod posterius est, dixeris, de priore tacere optimum 4, 2, 87. profecto non taciturus de sua gloria 11, 2, 16. II) *Partic.* *α*) *Praes.:* pictura tacens opus 11, 3, 67. oratione ficta dat tacentibus (*a. l.* carentibus) vocem (*Demosth.*) 12, 10, 23 *N. cr.* quae occurrere etiam me tacente possunt 11, 3, 134. *β*) *Perf.* a) *de personis:* tacitus appellat eum 4, 5, 10. tac. reverentiam postulat 4, 1, 55. tac. dissentiet 7, 3, 15. taciti repugnant 2, 6, 3. b) *de rebus:* tacitum hoc praeterimus 10, 1, 92. (*artes*), quae tacitae quoque sentiuntur 1, 10, 7. eorum, qui aderant, tac. quoque aversationem 8, 3, 65. t. commendatio 4, 1, 8. t. quaed. cogitatio (*a. l. significatio*) 5, 7, 2. *v.* Cogitatio. t. dedignatio 1, 2, 31. t. eruditionem 6, 3, 17. tacita impotentiae exprobratio 6, 2, 16. t. fideicommissum 9, 2, 74. velut t. quad. verecundia 10, 1, 18. t. vis 3, 5, 9. 9, 4, 13 *S.*

Tacite. ediscere t. 11. 2, 33.

Tactus. cum omnium vocem tactumque noscitaret *Coel.* 4, 2, 124. corpus visu tactuque manifestum 1, 4, 20. velut quodam tactu (*a. l.* jactu) resuscitatus (*Sp.* excitatus) 4, 4, 9 *Z. N. v.* Tractus.

Taedium. t. laboris 2, 2, 6. 12, 3, 11. t. lucis 1, 3, 16; *Accus.:* taedium afferunt 5, 12, 8. t. ex similitudine ac satietate creat 9, 4, 143. ad effugiendum t. nota audientis 4, 2, 22. figurae, quae varietate t. effugiant *ib.* 118. devoret t. illud 11, 2, 41. et verbis remotioribus et liberioribus figuris narrandi t. evitat 10, 1, 31. partitio t. levat 4, 2, 49. *cf.* 4, 1, 49. t. lectionis vicibus levatur 1, 12, 4. Ὁμοιολογία, quae nulla varietatis gratia levat t. 8, 3, 52. res altera taed. laboris, altera securitatem parit 2, 2, 6. cum virtutes etiam ipsae t. pariant, nisi gratia varietatis adjutae 9, 4, 43. *v.* Varietas; *Ablat.:* taedio laboris 12, 3, 11. ne discentis animum t. avertat 1, 12, 13. frequens (*usus translationis orationem*) t. complet 8, 6, 14. supervacua cum t. dicuntur 4, 2, 44. a t. defendit orationem 6, 3, 19. ut omni arte vel ex spatio ejus (*narrationis*) detrahamus aliquid, vel ex taedio 4, 2, 47.

Talaris. ludorum talarium licentia 11, 3, 58.

Talio. vis contra vim et talio (*a. l.* talia) nihil habent adv. eum, qui prior fecit, injusti 7, 4, 6. agentem cum ea talionis 8, 5, 12.

Talis. *α*) *ad antecedens refertur:* nunc decebit sic adv. tales agere, quomodo contra nos agi ab hominibus condicionis ejusd. iniquo animo tulissemus 11, 1, 66. nam quid impurius quam retinuisse talem 9, 2, 80. talis esse debet orator et haec scire 12, 5, 6. ut jam respondi tali-

